



**Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii**

**Aufréri, Étienne**

**Leodii, 1702**

Nunc autem sequuntur casus, in quibus judex Ecclesiasticus de Laicorum personis, eorumque causis atque negotijs cognitionem ac diffinitionem sibi vendi care potest adjectis quibusdam prærogativis ad ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](#)

402 DE POTESTAT. SÆCUL.

60 Nova pedagia in terris suis imponentes , aut prohibita exigentes , veniunt excommunicandi.

61 Ab obedientia Romana pertinaciter se subtrahentes censentur excommunicandi.

62 Romipetas aliquo modo molestantes , veniunt ab Ecclesia excommunicandi & puniendi.

63 Monasticam vitam pasquillis vel alio modo diffamantes sunt excommunicari.

Nunc autem sequuntur casus , in quibus judex Ecclesiasticus de Laicorum personis, eorumque causis atque negotijs cognitionem ac diffinitionem sibi vendicare potest adjectis quibusdam prærogativis ad Ecclesiam pertinentibus.

P Rimò pro crimine Ecclesiastico de jure licitum esse videtur , judici Ecclesiastico capere Laicum purum & carceri mancipare , tenet expressé Dominus . in cap. cum Episcopus . de offi. ord. lib. 6. idem Ana. in cap. 2. de adult. & in rubri. de sortile. & in cap. qualiter. in 2. §. ad corrigendos. 8. colum. de accu. pro quo tex. in cap. contra Idolorum in ver. perpetuas inclusiones 26 qu. 5. & in cap. attendendum. 17 qu. 4. & in cap. 1. de hæc. lib. 6. ibi carcere vel muro reclusi. & in Gle. 1. eo. et. ibi , duro carcere.

Adde, quod judex Ecclesiasticus, quamvis de crimine Ecclesiastico cognoscatur, contra laicum non potest eum tamen punire vel afficere pœna perpetui carceris dictum est singulare *Ludo.* *Ro. singul.* 706. dicens istud esse singulare verbum *Oldra. confi.* 88. & sequitur *Ioan. An.* per easdem rationes *in addi. Specu. tit. de offi. ordi. super rubrica.*

Et ita servavi sæpen numero, quia practicavi non tamen absque murmuratione fæcularium Officiariorum.

Contraria in tamen opinionem communiter sequuntur *Doct. Pet. de Ancha. in regula ju-  
rii. ea quæ. lib. 6. 48. col. Oldra. confi. 86. lo. And.  
in Spec. in addi. super rubrica de offi. ordi. Ioan. de  
lmo. in allegat. cap. cum Episcopus,* ubi etiam *Pet. Anch.* per illum *tex. in ver. personas Ecclesiasticas.* Primam tamen opinionem ego tenui per modum conclusionis *in præallegat. repetitione Cle. 1.  
de offi. ord. sub 5. quest. prin.*

2. Potest Episcopus vel Judex Ecclesiasticus laicum purum Ecclesiæ temporaliter non subiectum pœna pecuniaria punire in casibus in quibus in eum de jure potest jurisdictionem exercere, & ita servatur quotidie in Curia Archiepiscopali Tholosæ, ad quod bo. tex. 16, *questio. 1. cap. statutum* & 17, *questio. 4. cap. quisquis* & *cap. ad aures. de pe.* ubi hoc tenet Sicul, & *in cap. licet* & *in cap. in quibusdam eo. tit.* Et ita tenui *in repetitione præallegat. sub predicta 5.  
questio. principali. in ver. ex præmissis, & ibi vide.*

Tertio in concernentibus pietatem, laici 3  
subjecti sunt Episcopo, pro quo tex, *in cap. 1,  
de*

## 404 DE POTESTATE SECUL.

*de empt, & vent ubi tex, quod Episcopus prohibere potest plebibus sub pæna excommunicationis, ne carius vendantur res transeuntibus quam in mercatoribus no, ibi Innocent, & in cap, significantibus de offic, dele, fa, : cap, si quis Romi peta. 24, question, 3, & l, bæreditas ff, de petibe, tenet Sicut, & Barba, in allega, cap, 1, Et propterea tenet ibidem Sicut, quod per excommunicationem potest Episcopus compellere laicum ad eleemosynam ; & hospitalitatem , ubi est maxima necessitas ex parte proximi cum tunc peccet sibi non subveniendo: pro quo fa, 86, di, cap, pasce 83, di, 1, & 2, & cap, inter opera, de sponsa: Nam prædicto casu eleemosyna est in præcepto , cap, sicut, 47, di. idem Clavas, in ver, eleemosyna, §, 11, qui allegat, glos, in allega, cap, sicut, & ar, in cap, nullus de jure primo: Quod tamen limitat verum quando sunt in tali necessitate , & divites in tali abundantia quod tenentur eis facere Eleemosynam ex præcepto, alias non.*

Adde quod Abbas antiquus in alleg, cap, de empt, & ven, relatus & Sicut, & Barba: dicit magistrum suum consuluisse in facto per dictum text: quod Episcopus poterat punire illos laicos aromatarios, immiscentes farinam fabarum in cera venali , vel aliquam indebitam mixturam, quod Sicut, credit esse verissimum non solum ratione prædicti capit, sed quia de quolibet crimen notorio , ubi depræhenditur negligentia judicis secularis, Judex Ecclesiasticus habet iurisdictionem in laicos : Et maximè quia in tali crimen notorio depræhenditur negligentia iudicis secularis , ut cap, novit, de judi, & quod ibi eo: per ipsum:

Adii-

Adiiciens idem Sicul. quod nedum Episcopus habet jurisdictionem in casum prædicti. cap. 1. respectu peregrinorum & transeuntium, sed etiam respectu habitantium in loco. Nam versatur in hoc causa pia, ut pauperes non vexentur, nec compellantur emere necessaria ultra debitum, & videtur approbari etiam per jus civile, ut est tex. secundum unam let. quam sequitur ibi *Bald.* in l. 1. C. de epi. audi. quare concludit, quod Episcopus poterit coquellere eos qui exponunt virtualia venalia, ut non vendant ultra justum premium, & fraudatores compellere immo secundum lo. de *Platea.* C. ut nemini liceat in comparatione lib. 10 potest episcopus tempore necessitatis cogere laicos ad vendendum.

Quartò ex præmissis alius colligitur casus quod in alijs criminibus, quam ecclesiasticis Iudex Ecclesiasticus laicos potest corrigere pena spirituali, quia de quolibet peccato &c. ut in *præallegat.* cap. novit. tenere videtur. Hostiens. post eum Sicul. in cap. nos inter. de pur. cap. sicutque potest intelligi dictum Arch. in cap. non est de consu. libr. 6. in glo. *Episc.* vide in repetitione mea ubi supra.

Quintò judex laicus si tertio requisitus & monitus, Episcopis & Clericis justitiam ministrare neglexerit, est ipso facto excommunicatus, text. est juncta glo. in cap. *Administratores.* 23 question. 5. & ibi Archi. quod no. *Ludo. Ro.* in singularibus, in verbo, *Iudex. ver. dixit tex.* Et de jure civili casu prædicto debet jurisdictione privari, ut est tex. in authen. statutum. C. de *Episcopis & Cle.* ibi *Ioan. Fabri. & Bald.*

Sextò potest Episcopus mandare Iudici sæculari sub pena excommunicationis ut non exequatur testamento

## 406 DE POTESTA. SÆCUL.

menta usurariorum , eo quod crimen usurarum est  
crimen ecclesiasticum : & per Canones sibi sit in-  
terdicta potestas testandi , ita tenent Bald. & Sa-  
ly. in *l. consulta. C. de testam.* Secus secundum eos  
si esset interdictum. Usurario testari constitutionem  
Episcopi , & non per jus commune , quia tunc  
non posset excommunicare laicos non observantes ,  
quia tunc non possent dici violatores cano-  
num.

Septimò , potest etiam Episcopus manda-  
re Iudici sacerdotali sub poena excommunicationis ne  
mandet executioni testamentum incestuosí. Nam il-  
lad est crimen Ecclesiasticum in quo quicquid jus  
civile dicat , ius canonicum disponit & prævalet,  
ita tenet Bal. in *allegata. l. consulta,* referens , ita  
consuluisse Fede. de Sen.

Octavò potest Episcopus inhibere Iudici lai-  
co , ne procedat contra Clericum , etiam coram  
eo litigare volentem secundum Inno. quem ad hoc  
allegat Bald. in *Marga. in ver. Iudex. ver laicus*  
*si reum.* tenet Bartol. Cepola. consilio 10 *l. col.* qui  
ad hoc allegat glo. in *cap. decernimus. de senten.*  
*excommunic. libr. 6. Angel.* in *l. ex causa. ff. de*  
*postul.* & in *l. consulta. C. de testam.* Et ex istis  
sumi potest practica monitoriorum , ne in bonis  
sive rebus , quæ solent concedi Clericis solut. con-  
tra judices sacerdtales.

Nond , potest Iudex Ecclesiasticus sine causæ  
cognitione inhibere judici sacerdotali , ne procedat  
super causa dependenti , ex causa quæ vertitur  
cotam ipso Iudice Ecclesiastico , tenuit Sieul: in  
*cap. tuam de ordo. cogni. in ult. no. & in ver. qua-*

ro! nunquid si simpliciter verum &c. & Latus allegat.  
 63. concludens, quod inhibitio prædict. fieri possit  
 sine causæ cognitione, licet in aliis inhibitoriis re-  
 quiratur causæ cognitio, ut in authen. in medio li-  
 ne fi. sa. jus. q. i. de appell. cap. Romania. lib. 6.  
 Sed prædicta inhibitio mitti potest sine causæ co-  
 gnitione. in casu præallegat. cap. tuam. quia eo  
 ipso quod quæstio præjudicialis mota est ex hujus  
 pendentia, suspensa est jurisdictionis secularis à  
 lege. Idcirco patet statim hujusmodi inhibitionem  
 fieri posse. Nam hujusmodi jurisdictionis est potius  
 quædam declaratio, quam sit actus disponens, &  
 sic non exigitur citatio. argut. cap. Pastoralis de ap-  
 pel. & refert Federi. de Sen. ita sensisse consilio  
 illi.

Decimo potest Episcopus interdicto subiçtere 8  
 locum quando Officiales temporales nolunt resti-  
 tuere & mittere Clericum per ipsum detentum, aut  
 cessationem apponere, pro quo text. in cap. ca-  
 nonici. de offic. ordi. lib. 6. & cap. licet de jurejur.  
 & cap. fi. de except. & cap. discernimus & cap. se  
 judex laicus. de sen. excom. ec. lib. Hoc tamen  
 non paterentur Officiarii Regii, dicentes, Re-  
 gem esse super hoc à sede apost. privilegiatum, ne  
 talia interdicta in ejus regno proferantur, quod  
 intelligerem in interdicto generali, quia non  
 posset ipsius tota terra interdici, secus in speciali.  
 Nam in hoc casu posset etiam propter debitum in-  
 terdici Parochia, & ita limitatur extrava. Bo-  
 nifica. 8. que incipit, perinde attendentes. & tenet  
 Domi. in cap. praesenti. de sen. excomm. lib. 6.

Undecimo potest Judex Ecclesiasticus sibi eli- 9

E e

gree

gere tribunal , & in Ecclesia , & in Camera sua,  
no. in cap. qua frōnte de appēl. & ibidem Bal. &  
Imi. & Archi. in cap. cum Episcopus de offic.  
ordi. lib. 6. quod Episcopus potest sibi eligere tri-  
bunal in quacunque parte Diocesis , in alleg.  
cap. cum Episcopus Bal. in l. testamenta C. de testa  
Non tamen in domibus laicorum , si causa sit  
spiritualis , ut tenet Præpo. in allega. cap. qua  
fronte 2. col. ver. no. ex tex. & ibi Innoc. & Ho-  
sti. & Sicut Oldra. consil. suo. 186. hoc tamen non  
admitterent Officiarii temporales , nam præten-  
dunt Episcopos Territorium non habere , de quo  
vide per Oldra , ubi supra.

Duodecimo , Quia s̄apenumero vidi alterca-  
ri , inter Officiarios Archiepiscopales & Regios  
occasione retentionis gratiæ quam apponere con-  
suevit Officialis in sententia criminorum , licet  
allegarent arrestum super hoc latum , pro dictis  
Officiariis Regis. Anno Domini. 1456. 3. Martii.  
Nos tamen , hoc non obstante semper remansi-  
mus in possessione apponendi hujusmodi reservatio-  
nem , & allegavimus , idem esse consistorium  
Episcopi & Officialis cap. non putamus. de consue-  
lib. 6. & cap. Romana §. 1. de app. co. libro. sed  
Episcopus qui damnat Clericum ad perpetuos car-  
ceres , in sententia poterat sibi reservare potesta-  
tem minuendi p̄nam ; suo arbitrio , secundum  
Guilhel. de Cug. quem Bal. ita refert tenuisse in  
authen. Interdicimus. C. de Episco. & Cle. & hoc  
in l. si quis in principio testamenti. §. miles. ff. de  
lega. 3. ergo. &c.

ductione ad arbitrium boni viri , si fuerit compromissum in clericum & laicum arbitratores , ita Bald. & Salic. in l. præcipimus in f. C. de appell. licet Pet. de Ancha. aliter sentiat. in cap. ea quæ sub prima quæstione de regu. juris. lib. 6.

Decimoquarto ubi Laicus & Clericus simul pronunciant, appellari debet de tota causa ad Ecclesiasticum , ne ejus continentia dividatur Bar. II  
tol. in l. i. §. si quis in appell. ff. de appell. idem Zaba. in cap. super quæstionum. §. si vero duo. de offi. dele. idem Pet. de Anch. in cap. Romana. II.  
vol. de appell. lib. 6. Sicut. in dispu. quæ incipit. Gandulphus , licet idem Ancha. aliter senserit in allegat. regulæ juris Ea quæ. sed prædictus casus secundum Doct. venit intelligendus , ubi in Clerico judicante cum laico qualitas clericatus necessario concurrit ad exercitium jurisdictionis. Sed ubi hoc non esset nihil repugnat clericatu , quod adeatur superior laicus per rationes allegatas per Anchara. ubi supra veruntamen primam opinionem sequitur Bald. & Præpos. super. rubrica. de appell. quod tamen limitant , si Clericus , qui judicavit majorem habeat administrationem quam laicus ; quia in appellando non attenditur superioritas ratione dignitatis , sed attenditur respectu majoris administrationis , dist. §. si quis , ubi Ange. & Bar. & idem Bar. & Bald. in l. præcipimus §. si alle. C. de appell. & Imol. in alle. cap. super quæstionum §. si vero alle. & Anch. ubi supra.

Decimoquinto , si collegium aliquid sit ecclæsiasticum , puta quia in eo non sunt nisi Clerici II  
vel si sunt laici major tamen pars collegii sunt Cle-  
rici,

410 DE POTESTA. SÆCUL.

rici, quia tunc est judicandum de collegio, ut de ecclesiastico: ut voluit Bartol. in l. fi. 3. col. ff. de colle. illi, Bald. in Authen. habita. C. ne si pro pa, in l. 1. §. hujus studij. ff. de justi. & jure Bartol. in l. cum Senatus. ff. de re. dubi. Sicul. & doctores. in cap. ex litteris. de consti. Certe isto casu appellandum erit ad judicem ecclesiasticum per ea quæ habentur in cap. si diligentii. & cap. significasti. de foro compet. Sicul. & Præpo in rubrica de appell. Et idem videretur quando Clerici & laici sunt inæquali & pari numero, nam & tunc judicandum erit, ut de collegio ecclesiastico, quia majus dignum trahit ad ieiunius dignum. cap. quod in dubijs. de conse ecclesi. vel alta. l. quid major. ff. ad Munici. no. Bart. in l. fi. ff. de colle. illici. superius allegat. tenet Clavas. in ver. collegium in principio.

16. Si in collegio sint plures laici quam Clerici, licet hoc casu per supra dicta de ipso sit judicandum tanquam de universitate sacerdotali. Si tamen Rector universitatis in causa alicujus Clerici coram eo conventi judicaverit appellandum erit ad superiorum ecclesiasticum. Nam Clericum istum non potuit judicare Rector nisi ut Clericus, quia laicus non habet potestatem in Clericum, ut in allegata. cap. si diligentii cum similibus. Sed ubi appellatur a Clerico tanquam Clerico appellatur ad superiorum ecclesiasticum. cap. Romana. §. decet. de appell. libr. 6, ergo praedicto casu superior erit Index Ecclesiasticus, ita Sicul. & Præpo. in Rubrica de appell.

Quod

Quod tamen secundum aliquos est limitandum, nisi statutum vel consuetudo loci aliter disponant, per ea quæ dicit Imol. *in allegat. §. si quis. in appellatione.*

Decimo septimo. Si plures simul sunt inquisiti à judece sacerdotali quorum unus est Clericus, qui petit se remitti ad Ecclesiasticum *juxta cap. si judex. de senten. excommuni. libr. 6.* omnes laici debent secum remitti ad Iudicem Ecclesiasticum per *l. si communem. ff. quemadmodum servi. ammitta.* ubi non præscribitur fundus contra majorem, habentem eum communem cum minore, ita tenet *Anto. de Prato ve. in l. l. in fin. ff. quæ sen. sine appell. rescin.* Et hoc ne causæ continentia dividatur, & ne sequatur, absurdum si in eadem causa variæ sententiæ ferrentur, & forte contrariæ, idem tenet *Maria in cap. 2. 4. col. de mutu. pe.*

## ADDE.

## De connexitate Clerici &amp; laici.

*Si quis testamento suo executores mixtum constituit, tam clericos, quam laicos, quod quotidie fieri videmus, Laici propter clericos, ne continentia causæ dividatur, coram judece Ecclesiastico sunt convenienti, refert Geilius libr. de pace publica cap. 26 numer. 19 Matthesilanus sing. 143 & ibi Sarei ad longum. Tradunt DD. in l. Si communem ff. quemadmodum servitus amittatur. Et Iason in l. Si emancipati. nū. 10 de collat: Et Petrus Costalius ad d. r. ff. de quibus rebus ad eundem Iudicem eatur. Post Bal.*

Ec 3

in

412 DE POTESTAT. SÆCUL.  
in l. ultim. col. ut. C. de edict. D. Adriani tol-  
lendo, &c.

Ita Clerico & laico simul pro aliquo fideju-  
bentibus, omnes ad judicem Clericum intrabunt,  
Bartolus in l. Præcipimus, ad finem. extra ap-  
pellation: Costallius in d. l. Si communem f.,  
quemadmodum servitus amittatur, &c.

Eodem modo afferunt communiter interpre-  
tes, quod etiam Laici socij criminis gaudeant  
privilegio fori Ecclesiastici, si simul cum Clericis  
cipientur, idque connexitatis vinculo fieri exi-  
stunt arg. cap. Per tuas, circa finem, extra  
de arbitris. Menochius casu arbit. 371 De conti-  
nentia causa non dividenda, num. 12 Hippolitus  
sing. 180 Maranta distinct. 11 numer. 22 ubi  
restringit in individuis tantum Ferratius cause-  
la 10 Cassaneus in consuetud. Rub. I. §. 5. nume-  
70 ubi ita dicit observatum esse. Felinus in cap.  
I. de prescript. dicit esse stupendum verbum. I-  
dem Felinus in cap. I. de Iudicijs.

Sed hanc sententiam falsam esse tradit Cra-  
vetta cons. 232 & post eum Gabriel Sarei in  
add. ad sing. 143 Matthesilani. Item Convarru-  
vias in pract. qu. cap. 34 Sic quoque notavit  
Geil. libr. I. cap. I. de pace pub. num. 18 nostris  
moribus non observari, sed quemlibet suo Iudic:  
tradi post Capitium decis. 173 numer. I. Et Iu-  
lium Clarum in pract. Criminali §. fin q. 36 qui  
licet superiorem opinionem concedat esse commu-

nio-

# IN ECCLESIATICOS. 413

niorem, & apud veteres etiam aliquoties obser-  
vatam, & plures ejus sententia auctores alleget,  
ramen hodie dicit contrarium observari, ut qui-  
libet suo judici tradatur. Et repetit hoc idem Gei-  
lius libr. I. de pace publica cap. 6. numer. 17 &  
ex professo hanc questionem eleganter & late ex-  
aminavit. de Clerico & Laico simul delinquen-  
tibus, an uterque ad judicis Ecclesiastici puni-  
tionem pertineat, Couvarruvias in d. cap. 34 ubi  
eleganter tuetur communem observantiam præ-  
ter alios, quod in delictis socius criminis mini-  
mè gaudeat privilegio socij. Per textum in l. Si  
quis uxori. de furtis. &c.

Adde Cacherannum decis. 103 qui decidit Lai-  
cum qui monialem cognovit à laico etiam puniri,  
& in fine quoque dicit præmissam sententiam  
falsam esse. Sic si laicus cognoscat monialem, à  
laico etiam puniri potest, ut decidit per multa  
Catheranus decis. 103 & vice versa si mulier  
fornicetur cum sacerdote, illa quoque à laico pu-  
niri potest, licet contrarium teneat Hippolitus  
sing. 180 numer. 5.

Idem firmat Hippolitus de Marsi. singul. singul. 180  
Et Felinus in cap. placuit numer. de præsumptionibus.  
Ex quo dicto credit posse inferri, quod si inter plures in-  
ter quos agendum esset duplicibus judicijs, de quibus in  
cap. ex litteris de proba. esset aliquis Clericus vel inter  
plures Tutores vel Curatores ejusdem tutelæ vel curæ  
esset aliquis Clericus, tam contra laicos quam Clericos  
adeundus esset Iudex Ecclesiasticus, & idem in simili-  
bus, vide quæ scripsi supra in 2. regul. 15

414 DE POTESTATE SÆCUL.

Nam & Zaba. in cap. Iohannes. de testam. tener  
per illum text. dictæ l. si commu nem. quod si Clericus  
& Laicus sunt executores restamentarij debent ambo  
compelli per Iudicem Ecclesiasticum.

Et similiter Bart. in l. solent. ff. de ali. & ciba.  
le. dicit, quod si hæredes sunt Clerici & laici, &  
petantur ab eis alimenta, debent peti ab omnibus co-  
ram Judice Ecclesiastico, vide ubi supra.

A D D E.

De hujusmodi connexitate & continentia  
causarum & ad unum judicem dignorem re-  
mittenda, vide Rebuffum de privilegijs Schola-  
rum, privilegio 106. ubi hujusmodi exempla  
refert. s7 Parimodo. si plures sint contradic-  
tores in Immissione bonorum facienda ex l. fin.  
C. de edicto. Divi Adriani, et si unus sit Cle-  
ricus, tamen coram laico comparere debet,  
nisi forte ipse Clericus possideat, & citatus fue-  
rit, si sua interesse putaverit, tunc reliquum  
Clerico ad ecclesiasticum judicem mittuntur. Vi-  
de Achillem personalem deadipis. possef. num. 90.  
Matheus Boyß. Doctor.

Decimo octavo si Clericus & Laicus volunt petere  
14 reductionem ad arbitrium boni viri, petant eam co-  
ram superiore Arbitratoris, igitur si Arbitrator sit  
Clericus, petetur coram Clerico, si laicus fuerit,  
coram laico, quia non agitur de reformando actum  
Clerici, sed Arbitratoris, ita tenet Ancha. in dispu-

ta.

21. *incipiente. Laicus B. Clericum. vide supra in 2. regu. fallen. 17 Et hoc nisi fuisset compromissum super materia ecclesiastica, per cap. exposita. & cap. per tuas. de arbitri. & Anch. in reg. interea ea 60 col. ver. juxta. prædicta, de reg. juris lib. 6. Ludo. consi. 265 Sicut. post Anto. in cap. quinta vallis 35 col. ver. sed dubitatur. de jure-jur. dixi in allegat. 17 fallen. 2. regul. sed quando unus arbitratorum esset Clericus, & alius laicus, vide quæ dixi, super proximo. ver. 14.*

19. Si Episc. jure proprio judicat inter laicos in temporalibus, ita quod non recognoscit aliquo modo in ea jurisdictione aliquem laicum, quia nec habet in feudum a laico, nec aliquo alio titulo ab eo tenet, nam superior est ecclesiasticus ad quem appellandum est, ut *in alle. cap. Romana. §. debet ubi tex. ad litteram.* Et ideo dicit Bald. in addi. Specul. de appell. col. 30 quod si quis est Dux, & Episcopus, & fert sententiam, ut Dux, quod tunc appellabitur ad Iudicem Ecclesiasticum, quia ista dignitas [ si aliud non appareat ] est accessoria dignitati Episcopali. Secus si Episcopus recognoscit laicum aliquo modo, quia tunc erit appellandum ad ipsum superiorem laicum, quem recognoscit, ut *in alleg. §. debet, & ibi glo. & omnes scribentes, & in cap. solitæ de majo. & obedi.* Nisi tamen privilegio speciali vel consuetudine aliter inductum esset *in alleg. §. decet.* & ita dicit *Prapo. super rubri. de appell.*

Vigesimo Iudex Ecclesiasticus, ratione juramenti cognoscit inter laicos. 22. question. 1. cap. si. cap. cum C. laicus. de foro compe. libr. 6. cap. venerabilem. de elect. cap. novit. de judi. glo. in cap. cum sit. de foro compe. & ibi Doctores quod tamen limitat. ut scripsi supra in 4. fallentia. 4. regulæ.

## 21 Limitatio.

21. Si quis dicturus contractum usurarium vel simulatum petat absolutionem juramenti coram Episc. & absolutus acturus est postea de simulatione vel usura, necessario habet agere in eadem Curia, non in alia, quia idem debet esse Judex præparantis & præparati, ut notat Bald. in l. ordinarii in primi col. ver. ex hoc habes, ad quod facit Cas. consilio 2. titul. de foro compe. & l. cum veniente C. ubi cau. ff. & quod ibi notat Bald. & l. minor. 25. col. in fine princ. ff. de evictio. & hoc dictum sequitur Paul. de Castro. in l. 2. C. ubi & apud quem & in allegat. l. ordinarii. Et bene facit gloss. fin. in cap. Parrochianos. de senten. excom. in vers. sed hoc intellige cum querela, &c. & sequitur idem. Paul. de Cast. consilio. 71. l. col. ver. postquam ergo condemnatus, &c. ubi limitat præallegatum dictum Bald. nisi petenti absolutionem esset relaxatum juramentum per partem, quia tunc cum expravit juramentum: cessat causa jurisdictionis ecclesiastice argum. gloss. in cap. cum plures de offi. deleg. lib. 6.

16 Vigesimosecundo, ratione juramenti præstiti per defunctum ejus haeres laicus potest conveniri coram Judice Ecclesiastico implorando ipsius officium, ut haeres satisfaciat exonerando animam defuncti jurantis, ut scripsi supra in 4. fallent. regulæ.

Vigesimotertio Laicus etiam serviens Regius, conveniri potest coram Judice ecclesiastico à Clerico, ratione armorum, sibi sive servientes ipsius subla-

IN ECCLESIASTICOS. 417

sublatorum , pro quo gloss. in cap. ex litteris de  
pigno. & cap. fin. de vita & honest. cle. & utrobi-  
que Sicul. gloss. in cap. similiter 16. quest. & idem  
Sicul. in cap. si Clericus in 2, not. de foro compre-  
ubi dicit , quod detinens bona Patrimonialia Cle-  
ricorum potest conveniri coram Judice ecclesiasti-  
co , quia sacrilegii crimen est ecclesiasticum cap.  
in canonibus 16. quest. 1. Ad idem quod not. Ol-  
dra. consil. 83. concludens , quod clericus , pro  
bonis Patrimonialibus gaudet privilegio fori , idem  
Sicul. in cap. qualiter de judi. unde Innocent. in  
cap. caterum , ea. titu. dicit , quod Clericus spo-  
liatus potest spoliatorem suum coram Judice Eccle-  
siastico trahere. Et Sicu. in cap. Ecclesia Sancte  
Mariae de consti. quod statutum laicorum non potest  
disponere super bonis patrimonialibus Clericorum.  
Istud tamen quo ad immobilia , non admitteretur  
per Officiarios temporales , immo servatur contra-  
rium , ut dixi supra in quartæ regulæ fallen. quin-  
ta , & in secundæ regulæ fallen. quarta. Bonâ ve-  
tò mobilia Clericorum sine dubio personam se-  
quuntur.

Vigesimoquarto Episcopus potest habere fami-  
liares aut servientes armatos causâ custodiendi sca-  
latos , & ducendi per villam Tholosæ , & possunt  
portare enses , & arma defensiva , vel etiam inva-  
siva , quando ducent illos ad veridi folium , &  
ita cavetur in concordatis inter Officiarios Regios  
& spirituales Tholosæ factis , pro quo facit quod  
dicunt Mader. in cap. significasti. de officiis. dele.  
Oldra. consil. 89. & tenet , Bald. in le. nam sa-  
lutem. & fin. ff. de Officia. Præfc. vig. lices Sicul-  
tam in præalle. cap. significasti quam in cap. cuns  
non ab homine , teneat , non esse licitum Epis-  
copo.

## 418 DE POTESTAT. SECUL.

copo tenere familiares armatos , quam partem libenter sequuntur Officiarii Regii.

**19** Vigesimoquarto Episcopus cognoscere potest de delictis commissis per suos Officiarios laicos , quando delinquunt in officio. Num & proconsul de jure punit suos comites & Officiales ut ff. de pœ. l. si quis forte §. si quas comitum , & similiter praesides provinciarum puniunt milites & Officiales suos ut in corpor. de m.m. prin. §. quod si delinquentes col. 3, ita tenet Pet. Jacob. in tit. de statibus universitatis 8. col. & in tio. de conditio. ex l. insti. de actio. §. quadruplici. 2. co. & seq. Et ideo si nuncius facit falsam relationem potest puniri per ipsum judicem , tenet Bald. in l. 2. C. de spor. & in cap. cum parati. de app. & idem ibi præposi. 7. cot. Et tales appellantes non audiuntur ut l. 3. C. quorum app. non reci. & possunt absentes condemnari. C. de pœ. l. ne dñi.

**20** 26. Judex Ecclesiasticus compellere potest judicem saecularem , per excommunicationem , ad sibi dandum familiam & auxilium suum , & ut sententiam ipsius Ecclesiastici Judicis exequatur , licet illi non fiat fides de processu gloss. Innoc. Anno, & Sicut, in cap. 1, de offic. ordi, fa. cap. 2, de excepc, lib. 6. Et in executione ejus sententiae , videtur saecularis inferior , ar. 23, quest. 5, cap. Princeps & cap. Administratores: Sed dicit Sicut, in alleg, cap. 1, quod Judex saecularis ferret sententiam injustam , non teneretur illam exequi , saltem in criminali , quia non debet esse executor ad malum contra conscientiam , fas l. non tantum ff. de app, sed Hosti: ut refert Sicut, in alleg, cap. 1. dicit quo ad petitionem judicis ecclesiastici

## IN ECCLESIASTICOS.

419

stici Judex secularis debet punire subditos rebelles,  
& inobedientes judici Ecclesiastico, non curantes  
de excommunicatione, & ita servatur.

Idem secundum eum contra ad petitionem ju-  
dicis secularis debet judex Ecclesiasticus interdicere  
& excommunicare subditos rebelles, & præscriptos  
a judice seculari, ad quod fa. no. dictum Inno.  
in cap. lacet ex sistepto. de foro compe. ubi dicit,  
quod si aliqui subditi nolint Imperatori obedire,  
de facto non succedit Papa in jurisdictione: sed  
debet juvare Imperatores ad domandum illos sub-  
ditos, & sic debet etiam præstare auxilium quod  
potest: quod Sicul. in alleg. cap. 1. dicit optimum  
remedium pro nobilibus expulsis ab eorum domi-  
nio: nam possunt implorare auxilium Ecclesiæ,  
quæ debet subditos resistentes excommunicare &  
interdicere: vide quæ scripsi supra in regula fal-  
lentia. 27.

27. Causa dotis etiam principaliter deduci po- 21  
test in foro Ecclesiæ: Bald. & Imol. Pau. de Cast.  
in l. I. ff. de solu. matri. Pet. de Ancha. consi. 21.  
in si. Specu. in tit. de dona. inter virum & uxo.  
§. formatur. ver. utrum causa dotis. Zaba. in cap.  
ex litteris. de pigno. & ibi Imol. in 6. not. Innoc.  
Hosti. Ioan. An, Sicul, in cap, de prudentia, de  
dona inter virum & uxo. Roma. in l. Titia 3. co-  
lum. ff. solu. matri. Et ista est communis opinio.

Imò etiam viro pro dote promissa contra  
Laicum permittitur adire Judicem Ecclesi-  
sticum, ad hæc cap: per vestras de dona. inter  
vi. & uxo. tenet Clavas. in ver: Dos: §. 21, ad quod  
dicit

## 420 DE POTESTATE SECUL.

dicit fac. not. per Inno. in cap. lator. qui si fint legiti. Et etiam contra uxorem ad dotem , propter adulterium uxoris , perditam. per cap. plerunque eo. ti. & cap. ex parte , de constitu. & not. per Sicul. in cap. cum sit generale. de foro. compe. licet glo. in allegat. cap. de prudentia. & ibi Antho. & glo. in cap. ex tenore. de foro compe. & Ange. in allegat. l. i. & Bal. in l. ex contractibus. s. si de non numer. pet. dicant contrarium , vide omnino Bald. Novellam in suo trattatu de dotibus. 9. parte. ; in 16. speciali. ubi in summa à prædicta conclusionem dicit esse veram addens , causam dotis esse mixti fori : ut etiam Iudex Ecclesiasticus , de illa possit cognoscere , etiam absque eo quod utatur aliqua quæstio de matrimonio : quod tamen idem Bal. no. temperat. dummodo vidua sit quæ agit de dote, licet aliter non oppressa : quia viduae dicuntur miserabiles personæ. in l. C. quando impe. inter pup. & vi. facit quod habetur in cap. significantibus. de offic. deleg. & id esse dicit de mente Pau. de Cast. in l. i. ff. solu. matri.

Dicit insuper, quod si dos repeteretur propter inopiam viri constante matrimonio, vel propter separationem thori: & sic non agetur per viduam : tunc procederet gl. in allegat. cap. de prudentia. Et idem si repeteretur à Patre mulieris : vel viva filia, vel post ejus mortem, tunc enim contra Laicum non posset coram Ecclesiastico judice judicium intentari. Et idem si repeteretur ab hæredibus mulieris : & multo minus , si dos peteretur à viro tanquam promissa: quia tale privilegium quod sit mixti fori , est personale mere, vividelicet , quando dicta dos peteretur à vidua.

# IN ECCLESIASTICOS.

421

dua. Et ita vidi in facto , in curia Archie-  
piscopali Tholosæ.

## A D D E

Dotis causa an sit Ecclesiastica , tradunt  
Doctores in cap. ex tenore de foro competenti.  
Resolutivè dicendum , quando agitur principliter de matrimonio & accessoriè de dote,  
tunc agitur coram Ecclesiastico , alias , quan-  
do dos principaliter petitur judex Laicus cog-  
noscit. vide Lupum de donationibus. in cap.  
per vestras. notab. 2. numer. 17, Anchoran-  
nus conf. 21 numer. I Vbi dicit nullum esse  
textum , neque dictum Doctorum , quod apud  
Eccles. judicem agi debeat pro constitutione do-  
ti. sequitur Baldus de tempore utili , & conti-  
nuo , cap. 15 nume. 8. Mattheus Boyß Doctor.

Vigesimo octavo , judex Ecclesiasticus compel-  
lere potest Laicos hæredes ad satisfaciendum dere-  
lictio pro anima defuncti , ut in cap. à nobis. 2.  
de senten. excommuni. dummodo talis defunctus in  
apparenti contritione decesserit , & non aliter se-  
cundum Sicul. ibidem. idem Salicetus in l. 1. 7.  
col. C. ne ex delict. defuncti , dicens illud idem  
tenuisse Nicolaum de Mata. de quo per Zaba. &  
Sicul. in cap. fin. de sepulc. & Ioan. de Anc. in  
cap. in literis. de rapto.

Vigesimonono , ordinarius Iudex Eccle-  
siasticus potest compellere Laicos ad observan-  
dum

422 DE POTESTATE SÆCUL.

dum laudabiles consuetudines Ecclesiæ, ut in cap. ad Apostolicam. de simo. Nam tales Laici desistentes à tali consuetudine videntur committere sacrilegium, de quo cognoscit judex Ecclesiasticus, ut in cap. cùm sit generale. de foro compe. Quod tamen intelligendum est, dummodo talis consuetudo habuerit licitum initium, videlicet, à spontanea oblatione & voluntate. Secus autem si malum, videlicet, ab exactione, ut no. per Sicut & Ana, in allegat. cap. ad Apostolicam, & cap. suam eod. titu.

¶ Nec obstat quod diuturna præstatio ex mera liberalitate non producit obligationem, ut no. per Inno. & Docto, in cap. cum Ecclesia, de cau. pos. & pro Bart. & doct. in l. cum de in re verso. ff. de usu. & per Doct. maxime per Ang. in l. si certis annis. C. de pact. cum simili. Quia illud non procedit in præstatione, quæ fit in plain causam, ad quod ponderatur tex. in alle. cap. ad Apostolicam. Ad cujus consuetudinis laudabilis introductionem sufficiunt decem anni secundum doct. per glo. singularem in cap. fi. de consue. lib. 6.

Trigesimo, Ecclesia potest se immiscere de notorio crimine Laici, nedum ut pæniteat, sed etiam ut satisfaciat secundum Sicul. in cap. fi. de sepulc. quia secundum eum, ratione notorietatis depræhenditur apertè negligentia judicis secularis, ad quod fac. no, per Inno. & eundem Sicul. in cap. novit. de judi. veruntamen Videretur, quod statim crimine commisso, licet notoriè non posset ita subito judex Ecclesiasticus se intromittere, aliter non expectata negligentia judicis secularis, adde hic quæ scripsi supra. §. tertio.

Trige-

Trigesimo primo , quando jurisdictione Ecclesiæ prorogatur à Laicis , & iste casus est satis clarus : de quo late per Domi , in si: de except, vide, Io, Fa: & Bald, in l, si qui ex consensu: de Episc, audien: per Sicut. & Feli, in cap, significasti . de foro compe , & per alios ibidem allegatos , & per glo. in cap. militari, qu, i, latius per Iasonem in l, i, §, & post operis ff, de no, ope, nunciā: quicquid sit , de jure consuetudo præsentis regni habet , quod Laici non possint prorogare , ubi dominus contra dicit, ita dicit Io, Fa, ubi supra , quod facere dicit, cap, ex transmissa: de foro compe:

Trigesimosecundo , contra blasphematores : de quo in cap. 2, de maledi, Et idem contra Sodomitas , de quibus scripsi supra in quartæ regulæ fallentia, 24, & 25:

Trigesimotertio , contra violatores pacis , ut te-  
het Sicut, in cap, cum sit generale de foro compe. & ns,  
per eum cap, super quibusdam in si, de verb, sig,  
ubi no, per illum tex, cum glossi, quod Laici re-  
nentur servare statuta Papæ , & leges super pace  
per eum factas , pro talibus tamen criminibus non  
videtur , quod possit Laicus carceri mancipari : de  
quo vide quod scripsi supra in hujusmodi partis  
primo casu:

Adde , quod ubi Clericus pacis violator puni-  
tur pecunialiter , pœna applicatur domino tempo-  
rati : licet fuerit per Episcopum condemnatus cap, si  
Clericus de pace, jura, fir: alius est sub titu, de  
Cle, viola. pa: & idem Oldra consil, 17,

Et tamen advertendum ad utrum dictum Inno:  
F f in

424 DE POTESTAT. SÆCUL.

in cap. inquisitioni. de senten. excom. quod nunc  
quia venit in mentem hic adieci , videlicet, quod  
Laicus tenetur obedire Papæ præcipienti aliquid sine  
causa , præjudicans bonis temporalibus. Et idem e-  
tiam in Clerico quoad bona patrimonialia , ut ait  
singulariter Sicul. in cap. constitutus 3. col. post Ho-  
sti. ibi de religio. domi. quod no.

27 Trigesimoquarto , Prælatus Ecclesiasticus habet  
potestatem imponendi pœnam verberum : ut in cap.  
1. de calum. ita tamen quod non procedant ad  
effusionem sanguinis : ut in cap. in Archiepiscopatu,  
de Rapro. Et potest etiam in exilium mittere , ut  
in allegat. cap. 1. cum concor. in gloss. & utrobique  
per Sicut. & do.

Trigesimoquinto , Prælati in eorum iurisdictione seu spiritualibus pertinentibus ad eos , pos-  
sunt creare Tabelliones , ita Sicut. in cap. cum. Pe-  
de si. instrum, referens Specu. idem tenere in titu.  
de instru. edi. §. restat. versi. Sed quis potest fa-  
cere. & facit cap. quoniam contra. de proba. & cap.  
Abbate. & quod ibi no. de re. judi. lib. 6.

28 Trigesimoquinto , Prælati & Clerici licetè pos-  
sunt arma movere , & in propria persona bellum  
indicere , vel gerere , de mandato Papæ , nec ul-  
la sanguinis effusio , vel mors , aut mutilatio eis  
imputabitur , secundum Cald, in cap. petitio. de  
homici. Nam prohibitio contraria est juris positivi,  
supra , quod est Papa in cap. proposuit. de concess.  
præben. dummodo bellum sit notoriè , justum &  
Papa hoc faciat consultis Cardinalibus , secundum  
Zaba. & Ana. in alleg. cap. petitio. Quia cum a-  
li-

liqui lex canonica istud non tangat passim , non debet hoc per Papam fieri, Alias autem cessante licentia Papæ, non debet Prælatus aut Clericus in bello quamvis justo arma movere. Sed assistere potest & hortari , ut in juri. alleg. in alle, in gloss. præalleg. cap. si tamen se movendo percuteres : non tamen mortaliter , & citra mutilationem non esset irregularis , per tex. alle. ubi latius vide per doct.

Trigesimosexto in causis miserabilium personarum , Laici possunt trahi ad judicium Ecclesiasticum , præsertim data negligentia judicis secularis , ut in cap. significantibus de offic. dele. & cap. extore , de joro compet. & utrobique Doct. Quæ autem sunt miserabiles personæ , istud est arbitrio judicis commissum , secundum Bar. in l. i. C. quando impe. inter pupil. & vi. in alleg. cap. significantibus .

Adde , quod si mercatores gravantur in pedagiis solvendis , injustè possunt conqueri coram judice Ecclesiastico , quando sunt in itinere : quia dicuntur miserabiles propter multos labores , & perticula quæ sustinent ; pro quo fa. no. per Ano. & Ancha. in cap. fi. in 3. colum. de judicis.

## ADDE

Miserabiles personæ enumerantur , vidua ; pupillus , orphanus , peregrinus , puella nobilis , pauper , mercator gravatus pedagijs , publicè pœnitentes , liberti Ecclesie manumissi , serviennes Ecclesie , infantes expositi , senes decrepiti , caci , mutilati , membris leprosi , debilitati , incarcerati , de novo conversi ad fidem , diutur-

426 . DE POTESTAT. SECUL.  
no morbo defatigati , & alij in quibus major  
adest ratio , idque ad arbitrium judicis Menoch.  
casu 661. arbitra. hoc refert Rebuffus de sen-  
tentijs provisional. arti. 3. gloss. ult. ubi his tri-  
buit 16 privilegia , qua vide si usus poscat.  
Mattheus Boyß D.

Trigesimo septimo , Episcopus habet festum  
pro quo glo. singularis in cap. quia diversitatem  
de conces. præben. Anthon. Sicul. & Imo. ibidem i-  
dem Sicul. & Ana. in cap. excommunicamus 1. de  
hære. Zaba. Imo. & Laud. in Cle. 2. de hære. Rota.  
in antiquis deci. 865. Oldra consil. 302. in 2. col.  
& ita tenui in deci. cap. 229. & 275 in addi-  
quamquam Offi. Regii alias contrarium asserue-  
rint.

30 Trigesimooctavo , Ecclesia potest compel-  
lere Laicos ad treugam ineundam , ut tenet  
Sicul. in cap. 1. de treu. & pace in 1. no. & Feli.  
super rubri. ejusdem titu. in 7. fal.

31 Trigesimonono , Clericus potest suum  
spoliatorem Laicum , trahere coram judice Ec-  
clesiastico no. Inno. in cap. cæterum de judi. Adde  
hic , quæ posui in praxi. ver. 23, Unde tenet  
Oldra. consi. 83. quod Clericus pro bonis patri-  
monialibus , gaudet privilegio fori , quod e-  
tiam probat Sicul. in cap. qualiter de judi. & fa. l.  
decernimus in ver. sive de Ecclesiasticis sive propriis  
C. de Episc. audi. istud tamen libenter non ad-  
mitterent Officiarii Regii.

Si autem Laicus conventus coram Ecclesi-  
astico judice , ratione violentiæ , rapiniæ , vel  
doli commissi circa res Ecclesiasticas , neget  
prædictas qualitates , vide per Pet. de Ancha.

in  
di  
ni  
cu  
eu  
tu  
du  
ag  
ne  
id  
q  
E  
le  
b  
ca  
p  
in  
q  
f  
i  
J  
I

in repe. cap. ea quæ de re iu. lib. 6. qu. 7. Et ad dictum Oldra. videlicet, quod Clericus pro bonis patrimonialibus uti potest dispositione, cap. cum sit generale de foro compe. adde Sicul. in cap. cum sit. 2. colum. & alleg. pe. ita dixisse de consuetudine servari, & hujus consuetudinis secundum Abba. ratio potest esse: quia vidua potest agere possessorio coram judice Ecclesiastico non obstante exceptione fori, ergo & Clericus, idem tenet Inno. sed movetur alia ratione: quia committitur sacrilegium, ideo cognoscit Ecclesiasticus, & hoc ponit in cap. ceterum allegato. hoc etiam tenet Egidius illa ratione; quia bona Clericorum gaudent, &c. de vi. & ho. Cle. cap. fi. Subjungit ulterius idem Sicut. quod dispositio dicti, cap. cum, sit. vendicat sibi locum in bonis Clerici, non tam ex consuetudine, quam ex jure scripto. & de hoc dicit esse casum rotundum cum glo. in cap. similiter 16. qu. 1, & in cap. si quis ex potentibus 24. qu. 3. Nec obstat præalleg, cap. cum sit. ubi ponderatur injuria Ecclesiæ: quia spolians Clericum deliquit in Ecclesiam, cum bona Clericorum, dicantur Ecclesiæ, quo ad tuitionem & protectionem, & quia sunt obligata Ecclesiæ pro mala administratione not. glo. in præalleg, cap. similiter, & in cap. ex literis de pig,

Item injuria facta Clerico, dicitur facta videtur p. 395.  
Deo vel Christo, cuius legatione fungitur 2.  
qu. 7, cap. accusatio. Item dicitur facta Ecclesiæ  
cap. 2, de foro compe: ad prædicta optimè fa. cap.  
si Clericus eo, tñt, ubi etiam nulla allegata oppres-  
sione, ex quo constaret rem esse Clerici potest  
convenire Laicum coram Ecclesiastico, mul-

## 428 DE POTESTAT. SECUL.

to ergo fortius, ubi allegatur violentia vel rapina seu invasio, nam tunc laeditur persona Clerici, quae est consecrata. Idem nec videtur, quod hoc sit novo jure promulgatum, cum & ante fuisset satis provisum, ad hoc 17 qu. 4 quae si per totam, & 12 qu. 2. cap. nulli. & cap. quicunque militum, 16 qu. 1. in canonibus. & cap. similiter. Vnde tex. in allegat. cap. cum sit, non dicit indicimus, sed inductum est, & sic in praeteritum, & istam partem sequi videtur Feli. in alleg. cap. cum sit 1. col. Et sic videretur quod super rebus Clerici posset Laicus coram Ecclesiastico judice conveniri, sed si probabiliter negat rem esse Clerici ad jurisdictionem Ecclesiasticam declinandam convenietur coram suo judice pro quo est tex. in alleg. cap. si. Clericus secundum Sicul, & secundum hoc videretur debere limitari quod scripsi supra in reg. 4. fallen. 5. veruntamen praedicta fallentia fundata super di. Inno ibid. alleg. quem communiter sequuntur doct. servatur in praesenti regno, quod videlicet tam super rebus Ecclesiae, quam Clerici si agendum sit rei vindicatione contra Laicum, judex secularis erit a deundus. ita Fely. in allegat. cap. si Clericus in fi. & in alleg. cap. cum sit 2. col. in fi. praterquam in casibus habentibus specialem rationem sacrilegij, vel quasi per ipsum ibidem latius positis.

32 Quadragesimo subditus imperatoris potest ipsum convenire coram Papa, secundum Sic. in cap. 1. de proba. ex quo infert, quod licet Princeps non recognoscens superiorum, possit esse judex in causa propria. ut no. Bar. in l. 1. C. ne quis in sua cau. & gl. in cap. bellisarius. alias guillifarius 23 qu. 4. & Sicul. in cap. cum venisset de judi. tamen illud procedit, quando superior agit contra subditum

ditum : sed secus si subditus contra dominum ;  
 quia potest eum convenire coram Papa per tex.  
*in allegat. cap.* idem tenet Holt. *in cap. novit de*  
*judi.* & ibi expresse sic : idem Sicul. *in cap. exposita*  
*de arbi.* jicit quod no. Inno. *in cap. licet ex suscep-*  
*to de foro. compe.* ubi dicit , quod Laicus recurrere  
 debet ad Papam , quando non est alius superior,  
*fa. gl. in cap. ex transmissa de foro compe.* & quod no.  
*Sicu. in cap.* & si necesse. de dona. inter vi. & uxo.  
*& Holt. in cap. 2. cum Io. de fi. instrumen.* ubi dicit,  
 quod si superior judicans non recognoscit , su-  
 periorem potest appellari ad Papam , & sequitur  
*ibidem Ant.* & Sicul. *per cap. venerabilem qui fi.*  
*sint legi. fa.* quod no. Bald. *in cap. imperialem.* §.  
*fi. I. col. de prohi. feu. alie. per Fede.* ubi dicit, quod  
 si dominus feudi non recognoscit superiorem ,  
 prout est Rex Franciæ , & pares curiæ ei nimis  
 favent , Papa cognoscet : sed dictum hujusmodi  
 debet intelligi in causa ardua duntaxat de qua lo-  
 quitur *præalleg. cap. per venerab.* secus si causa non  
 esset ardua , per id quod no. Inno. *in cap. cum &*  
*de re iudi.* ubi dicit quod ex quo restituere famæ  
 inter Laicos est solius principis. I. I. ff. *de postul.*  
 non faciet hoc Papa , nisi in re ardua: quia sic lo-  
 quitur *alle. cap. per venerabilem.*

41. Clericus] patronus cum Laico facit cense-  
 ri jus patronatus , esse Ecclesiasticum , ubi hoc  
 prodest clero , puta in tempore ad præsentandū 33  
*juxta cap. I. de jure pa. li. 6. Sicul. cap. fi. de jure pa.*

42 Iudices seculares per cenitram Ecclesiasti-  
 cam cogi possunt ab Ecclesiasticis judicibus , re-  
 pellere excommunicatos ab agendo & testifican-  
 do in suis curijs & judicijs , ut *in cap. decernimus.* 34  
*de senten. excommun.* istud tamen non servatur de  
 facto , quamvis Baldus *in cap. intellexit* , *de ju-*  
*F f 4 dic.*

430 DE POTESTATE SECUL.

dic. teneat, quod ista exceptio excommunicationis possit opponi coram judice seculari, & quod statutum in contrarium non valeat, *Bal.* & *Salice*. in l. placet. *C. de sacro san.* Ecclesi. & in auth. *Clericus* eod. tit. Et ibidem *Bal.* in cap. exceptionem de excep. ad fi. dicit, quod ista exceptio est approbata de jure civili alleg. gloss. singulari in l. 1. *C. de jur.* & fac. igno. & tex. in cap. *Domino Guerra* in tit. hic finitur lex. ubi dicit tex. vasallum non teneri juvare dominum excommunicatum. Et idem *Bald.* in cap. contingit. de dolo. & contu. tenet, quod sententia judicis publicè excommunicati, & de jure civili non valet, allegat prædictam gloss. in d. l. 1. *C. de jur.* & fa. igno. Si tamen sit dubium in jure, an excommunicatione opposita tenet vel non, tunc exceptio hujusmodi remittenda, venit judici Ecclesiastico discutienda, secundum *Pe. de Ancha.* in cap. pia de excep. lib. 6. & *Cal.* de foro compe. consti. 9. si vero solum dubitetur de facto, an quis excommunicatus, poterit secularis cognoscere secundum *Domi.* in cap. fi. in fin. de foro compe. lib. 6. & in alleg. cap. pia. §. 2.

Quadragesimotertio, Judex secularis, qui vult Clericum compellere, ad debita liquida etiam solvenda, quando exhibentur eorundem Clericorum litteræ obligatoriæ aut aliæ probationes, per Ecclesiasticum judicem desistere compellitur, ut in cap. 2. de foro compet. lib. 6. istud similiter non servatur in præsenti regno, sicut latius dixi supra in secundæ regulæ fal- len. 18. & 20.

35 Quadragesimoquarto, per Ecclesiasticum judicem

## IN ECCLESIASTICOS

431

judicem ordinarium loci, Ecclesiastica censura compellitur judex secularis observare jus canonicum, quod ad provisionem animarum statutum est tex. est. *in cap. licet de jurejur. libr. 6.* ubi de mulieribus quae juraverunt non venire contra alienationem dotium & donationum propter nuptias: contra quod juramentum non vi, nec dolo præstitum non sunt admittendæ: licet secus sit de jure civili.

Quadragesimoquinto, Iudex temporalis compellitur per judicem Ecclesiasticum ordinarium censura Ecclesiastica ad admittendum exceptionem rei judicatae per judicem Ecclesiasticum, ut *in cap. 2. de except. libr. 6.* quod est verum in casu quando ad judicem Ecclesiasticum pertinuit cognitio de consuetudine vel jure, ut ibidem tex. ait.

Quadragesimosexto, de jure cognoscit judex 36 Ecclesiasticus inter Laicos, ubi habet temporale dominium, *cap. veniente, de jurejur,* & *cap. si. ne Cle. vel mo. libr. 6. glo. in cap. 2. de except. ead. lib.* Adde tamen hæc, quæ scripsi in hujus partis. casu seu §. 19.

Quadragesimoseptimo, potest judex Ecclesiasticus inter Laicos cognoscere de causis matrimonialibus, & spiritualibus, & eis annexis, ut *in cap. tuam de ord. cogn.* & *cap. causam qui si. sint legitim.* *cap. quanto de judi. gloss.* & *Domin. in alleg. cap. 2. de except. lib. 6.*

48. Cum judex Ecclesiasticus delegatur per judicem secularis & super causa criminali, dummodo non procedat ad sanguinis effusionem, ut *in cap. in Archiepisc. de rapt. Bald. in authen.* si quis litigantium, C. de Epi. *auctio*

432 DE POTESTATE SÆCUL.

auth. & infra. §. 94.

49. Per reconventionem , ut in cap. cuius in agenda. 3. quest. 8. in auth. & consequenter. C. de sensib.

50. Per præoccupationem in criminibus mixtis ; quia sunt introducta & prohibita utroque jure , de quibus in cap. cum sit generale de foro. compet. at. cap. sua. de procur. ita Domi. post Pau. in allegat. cap. 2. de excep. libr. 6. de quibus criminibus mixtis factum est supra in fallen. 4. regulæ.

51. Cognoscit judex Ecclesiasticus inter Laicos , qui sunt de familia Ecclesiae , secundum quosdam 39. distinct. cap. indicatum lo. An. in allegat. cap. 2. de excep. libr. 6.

52 Quotiens est quæstio de fide vel articulis fidei  
38 contra Laicos cognitio pertinet ad judicem Ecclesiasticum , & executio ad Laicum ut in cap. excommunicamus de here. 1. & cap. cum secundum eo in libr. 6. cap. inquisitionis. §. prohibitus. eo. t. & ls.

53. Potest etiam judex Ecclesiasticus cognoscere inter Laicos de criminibus per jus canonicum introductis , ut tenet Domi. post Paul. in præallegat. cap. 2. de excep. libr. 6. puta de criminis simoniae : adde tamen quod scripsi in quartæ regulæ fallen. 17

54. Vbi Laicus judex est negligens , ut in cap. ex transmissa. & cap. licet ex suscep. de foro comp. & glo. in alleg. cap. 2. & utrobique docto. Adde hic quod scripsi supra in hujus partis. §. 2. & 3.

55 Contra Laicos , qui suadente diabolo in Clericum vel Monachum , vel Monialem , aut cuiuslibet religio-

## IN ECCLESIASTICOS. 433

nis conversum , vel controversam , aut novitum quemlibet cuiusvis religionis , manus violentas injecerint , de quo tactum est , supra in tertia regula.

56 Contra inobedientes sententiae delegati ut in cap. quarenii. de offic. dele.

57. Contra habentes litteras apostolicas falsas , vel recipientes litteras apostolicas Romæ de manu alterius , quam Papæ vel suorum Officialium , & isti si laici fuerint recipiendo sunt excommunicati , ut in cap. dura. de crimi. false. Et similiter omnes tam clerici quam laici qui per se vel alium vicium falsitatis commiserint cum fautoribus & defensoribus suis sunt excommunicati ipso facto ut in cap. ad falsariorum. eo. tit. Et idem de laicis ipsis utentibus literis apostolicis falsis ut in dicto. cap. ad falsariorum.

58. Contra omnes incendiarios ut in cap. tua nos de sen. excom. quod nedum habet locum in incendiariis ecclesiarum , sed etiam aliorum locorum secundum gl. & doctores ibidem , & intellige de incendiario qui civitatem castrum , domum , segetes , & similia aliena incendit malo studio , vel odio , aut vindicta vel animo injuriandi , ut in cap. pessimum 23. qu. 8. 12. qu. 1. cap. cum devotissimam. Talisque postquam fuerit excommunicatus & denunciatus non potest absolviri citra sedem apostolicam , secus si incenderet ex negligentia vel casa , vel justo bello , quia talis proprie non dicitur incendiarius.

59. Contra effractores ecclesiarum cum spoliatione qui postquam fuerint denunciati , similiter non possunt absolviri citra sedem apostolicam ,

ut

434 DE POTESTAT. SECUL.

us in cap. conquesti. de senten. excommuni. incendiarij & effractores Ecclesiarum cum spoliatione sunt excommunicati ipso jure : sed incendiarij aliorum locorum veniunt excommunicandi : ut in præalleg. cap. tua. nos.

Dicuntur autem effractores , qui dolo malo , aut per injuriam violenter parietem fodiunt aut vietream fenestram frangunt , seu serraturam vel ostia , vel cardines seu vectes , dum tenent ostia firma ta , aut ipsum rectum Ecclesiæ . Alij autem , qui faciunt enormia in Ecclesia , ut rapiendo corpus Christi , & hujusmodi frangendo calices , & similia non sunt effractores , nec propriè sunt excommunicati ipso jure . secundum Hst. Ioan. de Lig. & Sicut. in præallegat. cap. conquesti . Oportet ergo quod spoliatio fiat cum effractione , unde effractio sola per se non facit aliquem incidere in sententiam excommunicationis . Et prædicti effractores & incendiarij dicuntur publicè denunciati , sive nominativi , sive in genere : ut puta denunciatus excommunicatos omnes , qui fecerunt tale incendium per dictum cap. tua nos.

Sexagesimo , in Principes & Officiales seculares , qui tertio moniti ab Episcopis vel Ecclesiasticis prælatis recusant eis facere justitiam super eorum causis. in cap. administratores. 23 qu. 5. de quo dixi supra in hujus partis. §. 5.

61. In omnes qui recipiunt illum pro Papa qui est electus à paucioribus , quam duabus partibus Cardinalium , in cap. licet de elect.

62 In

62. In omnes officiales Laicos, quorumcunque locorum, qui angarias & exactiones indebitas ecclesiis & ecclesiasticis personis imponunt. Et quam jurisdictionem prælatorum & auctoritatem quam habent in suis hominibus evacuant, tales enim & eorum fautores tertio moniti non desistentes sunt ipso facto excommunicati. Et similiter illorum successores officialium nisi infra mensem excessum suorum prædecessorum purgaverint & satisfecerint ut *in cap. non minus juncto. cap. adversus. de immunitate ecclesie.*

63. Contra recipiehtes res ecclesiæ medio alienationis factæ à scismatico, nam & ipso facto 40 sententiam excommunicationis incurunt, ut *in cap. de scismat.*

64. Contra omnes qui Christianos naufragium patientes damnata cupiditate spoliant rebus suis, nisi ablata restituant, quam primum poterunt secundum *Sicul. in cap. excommun. de rapto*, nam & tales ibidem excommunicantur & videtur tenere gloss. licet *Ioan. Andr.* dicat tutius præcedere debere monitionem ut restituant aliter antè monitionem non erunt excommunicati *Sicul contra ut prædictum est.*

65. In omnes qui statuta, edicta; & consuetudines contra libertatem ecclesiæ introductas fecerint observari, ut *in distinct. cap. non erit fraternitas tua. de sen. excommunicat.* Et etiam omnes qui eadē statuta non fecerint deleri quam primum scivētint, si hoc facere possunt. Excommunicantur etiam statutarij prædicti. Nec non scripto res prædictorum statutorum atque Potestates, Rectores, consules & consiliarij locorum ubi prædicta statuta edita fuerint. Etiam judicantes secundum statuta prædicta,

436 DE POTESTAT. SÆCUL.

dicta , & qui judicata redigunt in publicam formam.

Dicuntur autem statuta contra ecclesiasticam libertatem quando illud quod statuitur est contra privilegium datum universali ecclesiae à Deo , ut illud quocunque ligaveris super terram 24. qu. i. vel à Papa , puta quod ad pias causas valeant legata facta coram duobus testibus & similia , vel ab Imperatore ut quod nullus judicet clericos vel ecclesiasticas personas , nisi eorum prælatus , & similia secundum Sicut in præalleg. cap. noverit.

66. In omnes qui insequuntur Cardinales Romanæ Ecclesiae hostiliter vel clericos aut religiosos familiæ Papæ vel Cardinalium prædictorum illorumque percussores & captores & socios talia facientium vel mandantium & habentes ratum vel dantes consilium aut favorem & defensatores eorum aut scientes receptantes ; Tales omnes supradicti sunt excommunicati ut in cap. felicis de pœnis lib. 6.

Similiter excommunicantur Principes & Senatores , Consules , Potestates , Rectores , sive alii Domini & eorum Officiales qui infra mensem à die noticiæ habitæ de prædicto delicto non puniunt prædictos delinquentes secundum tenorem dicti. cap. felicis , nec possunt absolviri nisi à Papa exceptis principibus qui possunt à suis ordinariis absolviri , ut ibi , ex quo tex. in §. quapropter. no. domi. quod judex ecclesiasticus potest punire judicem laicum non punientem laicum delinquentem in rem ecclesiasticam.

67. Contra omnes dantes licentiam alicui occisi-

occidendi , capiendi , seu alias in personis , aut bonis suis , vel suorum gravandi eos , qui sententias excommunicationis vel interdicti tulerit contra quemcunque sive eos quorum occasione sunt prolatæ vel observantes tales sententias seu taliter excommunicatis nolentes communicare , Et nisi licentiam ipsam si fuit ad personas gravandas , revocaverint , antequam in aliquo sit processum vel si data licentia fuit ad bona eorum capienda , nisi infra octo dierum spacium restitutionem fieri fecerint ; vel satisfactionem , & licentiam revocaverint , omnes hujusmodi erunt excommunicati . *per cap. quicunque de sen. excom. lib. 6.*

68. Contra omnes Christianos qui in domo servient Judæis vel Sarracenis aut paganis , nam tales veniunt excommunicandi , *in cap. Judei. de Judeis.*

69. Contra omnes illos qui equos , armia , ferrum , ligamina , & alia prohibita deferunt sarracenis , turcis , aut paganis , nam tales veniunt excommunicandi . *in cap. ita quorundam , de jude. illi vero qui tempore guerræ habent commercium cum Sarracenis sunt excommunicati ipso facto in cap. quod olim primi vero atque in eorum navibus navigantes licet de jure non sint ipso facto excommunicati , excommunicantur tamen siugulis annis in die cœnæ , unde nota. Si cul. in allega. cap. ita quorundam , quod ubi dilectum concernit totam Christianitatem seu decorum fidei Papa exercet jurisdictionem in laicos.*

70. Contra omnes qui injuriose vel temere percusserint , ceperint aut banniverint aliquem Episc.

438 DE POTESTATE SÆCUL.

episcopum, seu qui prædicta mandaverint vel facta ab alijs rata, habuerint vel socius fuerit in his faciendis, aut consilium vel favorem dederit, vel defensaverit eosdem, nam hujusmodi sunt excommunicati per Cle. i. de pœ. nec possunt absolvi ab alio quam à Romano Pontifice præterquam in mortis articulo. Et similiter excommunicati sunt baillivi, scabini, consules, nec non omnes Officiales quocunque nomine censeantur, qui in aliquo prædictorum fuerint culpabiles.

42 71. Contra omnes dominos temporales qui in terris seu locis eorum interdicto suppositis cogunt quemlibet celebrare divina, aut qui voce præconia seu per campanarum pulsationem ad officia eadem audienda aliquos præfertim excommunicationis vel interdicti sententia innodatos, evocant, vel qui excommunicatis publicè aut interdictis prohibent, ne de ecclesijs exeant, dum missarum peraguntur solemnia à celebrantibus moniti generaliter vel spiritualiter ut exeant, tales enim excommunicantur per cle. gravis, de senten. excommunicati. Et similiter si excommunicati publicè & interdicti, qui in ipsis sunt ecclesijs postquam fuerint nominatim moniti à celebrantibus, ut exeant remanere præsumperint, sententiam excommunicationis incurront, & à solo Romano Pontifice possunt absolvi, ut in allegat. cle.

72. Contra omnes qui sine licentia Sedis Apostolicæ nominationi, electioni, vel assumptioni in Senatorem, Capitaneum, Patricium, aut Rectorem, vel ad regimen urbis Romæ assen-

tunt

tiunt; vel se intromittunt per se vel alium ultra annale spaciū, nisi ex ipsa urbe naturaliter sint oriundi aut continuū habitatores, nec habent extra territorium talem potestatem quod possent evacuare rationem constitutionis fundamenta, *de elect. lib. 6.* Tales enim ibidem excommunicantur. Et similiter intendentes vel obedientes sic assump̄tis, & qui ipsos nominaverint, elegent, vel assump̄ferint, & dantes eis auxilium &c. Sed hujusmodi constitutio, & etiam *cap. 1. de locato sunt locales & in terra Papae.*

73 Contra illos qui mittunt scripturam vel nuncium vel secrētē loquuntur Cardinalibus vel alteri corum exeuntibus in conclavi pro electione Papae, Tales enim sunt excommunicati *in cap. ubi majus periculum de elect. lib. 6.*

Et similiter omnes domini Rectores aliquę officiales cujuscunque dignitatis aut conditionis existant qui diligenter non observant, aut fraudem circa ea committunt, quae sibi præcipiuntur observanda in obitu summi Pontificis morientis in eorum terra, ut habetur *in dicto. cap. ubi periculum.* Quod intelligit Domi. nisi tales officiales impedirentur de jure vel de facto, quia tunc non ligarentur.

74. In omnes qui per se vel per alios spoliando seu alias injustè perseguendo gravare præsumperint in beneficiis seu alijs bonis suis clericos vel quaslibet personas ecclesiasticas, aut eorum consanguineos vel ecclesias, monasteria seu loca, cetera ex eo quod tales personæ ecclesiasticæ ad quos spectat electio noluerint vel nolunt eligere

**440 DE POTESTAT. SÆCUL.**

eum pro quo rogabantur , tales enim excommunicati sunt per cap. sciant cuncti de elect. lib. 6. ubi Domi. post Archi. dicit quod spoliando intelligitur sive auferant latenter , sive vastent quocunque modo , sive invadant immobilia sive rapiant mobilia per vim & publicè , sive per fraudem sive per dolum &c.

75. In eos quæ regalia sive collectam quæ sit nomine Imperatoris aut Regis seu vestigalia à rege concessa ecclesiis , aut custodiam sive gardiam vel advocationis seu defensionis titulum in ecclesiis , monasteriis , aut aliis piis locis vacantibus de novo usurpando bona ecclesiarum , monasteriorum , aut locorum ipsorum occupare præsumunt cujuscunque sint dignitatis , nam tales sunt excommunicati si prædicta jura de novo usurpent , videlicet à 40. an citra secundum gar. in cap. generali. de elect. lib. 6. & etiam virtute illius usurpationis bona vacantium prædicatorum occupent , aliter non essent excommunicati secundum Domi. in præalle. cap.

76. In omnes illos qui absolutionem vel revocationem quamcunque à sententia excommunicationis , suspensionis , vel interdicti extorserint per vim aut metum , nam omnes tales sunt excommunicati per cap. unicum. de his quæ vi. m. ve. cau. si. lib. 6. Quod intelligi debet secundum gloss. & Archi. si absolutione vel revocatione sit facta , quia si judex noluisset absolvere vel revocare , non haberet locum poena prædicta. Et habet locum etiam si sententia sit injusta ut no , ibidem. Dicunt tamen Officiarii Regii prædictam & quasdam alias decretales per Bonifacium Octavum in odium Re-

## IN ECCLESIASTICOS.

44

Regis editas non fuisse admissas in regno Franciae  
& ideo non servati.

77. In omnes compellentes cujuscunque conditionis sint prelatos vel Ecclesiasticas personas ad submittendum Ecclesias subiiciendo bona immobilia vel supponendum jura Ecclesiastica laicis , vel recognoscendum seu profitendum se tenere ab illis tanquam & superioribus vel ad statuendum eosdem laicos tanquam patronos vel advocatos Ecclesiarum seu bonorum ipsatum in perpetuum , seu ad non modicum tempus sine capituli consensu & licentia speciali sedis Apostolicæ. Nam tales excommunicati sunt per cap. hoc consultissimo. de re. ecclesi. non alie. lib. 6.

Et pariter sunt excommunicati omnes laici qui ex licentia Papæ & consensu Capituli contractus inierunt de Ecclesiasticis immobilibus , vel inirent in futurum si aliquid plusquam importat natura contractum ipsorum , vel pactum in eis factum usurpaverint vel exegerint ; si moniti legitimè non desistunt ab hujusmodi usurpatione restituendo etiam taliter usurpata , ut in prædict. cap.

78. Contra omnes qui per se vel alios suo nomine , vel alieno ab Ecclesiis vel Ecclesiasticis personis exigunt pedagia vel guidagia pro rebus suis propriis , quas deferunt vel deferriri faciunt non causa negociationis , nam tales excommunicantur per cap. quamquam de censi. lib. 6. si sint singulares personæ. Si communitas , universitas , aut collegium ecclesiastico subiuntur interdicto.

Gga

79. Con-

442 DE POTESTATE SÆCUL.

79. Contra omnes qui litterarum Apostolicarum impetratores , vel alios ad forum ecclesiasticum recurrentes super causis quæ ad idem forum de jure vel de antiqua consuetudine pertinere noscuntur compellunt , seu compelli procurant , aut per se vel alium impeditunt , ne coram judicibus ecclesiasticis delegatis seu ordinariis possint justiam obtinere , vel quærelam de dictis causis coram eis proponere , judices ecclesiasticos vel impetrantes aut litigare volentes , aut propinquis ipsorum res illorum aut ecclesiarum suarum , etiam per captionem modis , vel aliis quibuscumque aggravant cum dantibus auxilium , consilium , vel favorem ad prædicta : tales enim sunt excommunicati per cap. quoniam de immunitate Ecclesiastum lib. 6. Nec debent absolvi nisi prius integrè satisfecerint tam judici cuius jurisdictionem in casu cuius cognitio ad ipsum de jure vel de consuetudine pertinebat , perturbaverint , quam parti perturbatae de injuria , damnis expensis , & interesse , ut in præalle. cap. quoniam quod pariter officiarii dicunt in regno non fuisse receptum.

80. Contra omnes sæculare dominium obtinentes quæ suis subditis interdicunt ne prælati aut clericis seu personis ecclesiasticis quæcumque vendant aut emant aliquid ab eisdem , nec ipsis bladum molant , coquant panem , aut alia obsequia exhibere præsumant , tales enim sunt excommunicati ipso facto per cap. eos de immunitate ecclie. lib. 6.

81. In Doctores & Magistros qui religio-

sos

sos habitu suo dimisso leges vel Phisicam do-  
cent, vel in scholis suis retinere præsumunt,  
nam tales excommunicantur per cap. ut periculosa  
ne Cle. vel Mo. lib. 6.

82. In omnes qui præsumpserint ecclesiasti-  
cæ sepulturæ tradere hæreticos, receptatores,  
defensores, vel fautores eorum scienter sunt e-  
nim excommunicati: per cap. quicunque de hære.  
lib. 6. Nec debent absolvi nisi propriis manibus  
publicè extumulent, hujusmodi corpora dam-  
natorum ut ibidem.

83. Contra potestates, dominos tempora-  
les, rectores, vel eorum officiales, seu ballivos  
qui de crimine hæresis cognoscunt vel judi-  
cant, sive si captos pro eodem criminе absque  
Episcoporum vel inquisitorum licentia à car-  
cere liberant, vel executionem pro hujusmo-  
di criminе eis à diœcesano vel inquisitoribus  
injunctionem non implet prout ad eorum spe-  
cificat officium. Etiam si directè vel indirectè præ-  
sumunt sententiam diœcesanorum vel inquisi-  
torum aut processum impedire vel si diœcesa-  
no vel inquisitoribus præsumpserint se opponere  
in his quæ ad præfatum fidei negocium incum-  
bunt aut aliter impedire cum omnib. dantibus  
eisdem in præmissis auxilium, consilium vel  
favorem, nam omnes sunt excommunicati ut  
in cap. inquisitionis de hære. lib. 6. Si hoc fecerint  
animo impediendi prædictum officium secun-  
dum Matthe. alias secus de quo jam tetigi gene-  
raliter supra in hujusmodi parte. §. 52.

84. Contra illos qui per assassinios ali-  
quem interficiunt, seu interfici mandaverint  
nam

444 DE POTESTAT. SECUL.

nam tales licet mors forsan secuta non fuerit  
cum ipsis receptatoribus, defensoribus, seu  
occultoribus sunt excommunicati & alias diffida-  
ti, & cap. ut in cap. 1. de homici. lib. 6. de quo su-  
pra in 13 fallentia regul. 1.

85. Contra omnes personas ecclesiasticas sæ-  
culares cuiuscunque dignitatis, conditionis, aut  
status collegia & universitates quæ usurarijs alienigenis  
concedunt domos ad fænum exercendum,  
tales enim excommunicantur *in cap. 1. de usuri,*  
*lib. 6. & universitates & collegia interdicuntur.*  
Et si laici fuerint, ab hujusmodi excessu compen-  
cendi sunt per censuram ecclesiasticam ab ordi-  
narijs locorum ut ibidem.

86. In omnes concedentes repræalias con-  
tra personas ecclesiasticas, vel eorum bona vel  
si generaliter concessas prætextu cuiusvis con-  
suetudinis ad easdem referunt seu extendunt nisi  
infra mensem à die concessionis revocent si sunt  
personæ singulares sunt excommunicati, *in cap.*  
*unico de jurejur. lib. 6.*

87. In omnes qui sequestrationem, quæ fieri  
debet de beneficio per triennium integrum pa-  
cificè non possesto post sententiam diffinitivam  
contra possessorem apud Sedem Apostolicam  
duntaxat in petitorio vel possessorio promulga-  
tam impedire, vel fructus sequestratos, qui iu-  
per sunt oneri tenentis sequestrum occupare præ-  
sumpserint, quia etiam sunt excommunicati. ut  
*in Cle. unica de sequestra poss. & fruct.*

88. Contra omnes impedientes visitatores  
Monialium quarumcunque & etiam canonica-  
rum

## IN ECCLESIA STICOS. 445

rum regularium in his quæ pertinent ad officium visitationis earundem, tales si moniti non desistant sunt excommunicati. ut patet *in Cle. attentiones de statu regul. infi.* & vide ibi Zaba, qui ponit quod tria requiruntur ad hoc ut quis incurrat dictam poenam.

89. Contra omnes statum Beguinarum assumentes vel assumptum lectantes, & qui assumentibus dant auxiliū, consilium, vel favorem directe vel indirecte quoniam tales excommunicantur per *Cle. i. de religio domi.*

90. Contra omnes scienter contrahentes matrimonium in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis prohibitis, nec non contrahentes cum Monialibus, tales etiam excommunicantur *in Cle. unica de consanguin. vel affin.*

91. In omnes potestates, capitaneos, rectores, consules, judices, consiliarios, aut alios quo suis officiales qui faciunt statuta, scribunt, vel dicunt quod usuræ solvantur aut quod solutæ non restituantur cum repetuntur. Et qui secundum illa statuta scienter judicare præsumperint & si prædicta statuta hactenus edita de libris communitatuum ipsarum non deleverint, si habent potestatem super hoc infra tres menses. & quoscunque prædictos præsumentes observare dicta statuta sive consuetudines effectum eorum sumentes quomodo, sunt enim excommunicati per *Cle. unicam de usuris.* An autem alij à supra notatis incident in prædictam poenam vide ibi per Paul. & Zaba,

446 DE POTESTAT. SÆCUL.

92. In omnes qui participant excommunicatis publicè in criminè damnato antequam factum fuisset propter quod fuere excommunicati : nam tales eadem excommunicatione ligantur , cap: nuper & cap. se concubine dī sen. excom.

93. De arris datis pro matrimonio Ecclesia potest indirecte cognoscere secundum Fede. de se. consilio. 160. cir. si.

94. Epis. vel alius prælatus potest esse delegatus Principis no. Sicu, in cap. inter dilectos. de si. instru. & Cald. in tit. de offi. le. consi. 6. Ioan. And. in addi. Specu. tit. de assesso. §. debet ver. sed nunquid à talibus tamen debent abstinere. per cap. teq. 11. qu. 1: & c. de præsentium. 16. qu. 1. & fa. l. repetita. C. de Epis. & Cle. nisi materia concernat animam ut per Sicu. & Ana. in cap. in Archiepiscopatu. de rapto. tamen judicium non est nullum cum jurisdicçio sit habitu penes Ecclesiam ut latè no. per Anno. & Sicul. in cap. decernimus de judi. Et facit quod no. Inno. in cap. 1. de obl. ad ratio. ubi pro una causa potest clericus esse procurator laici licet non in pluribus. no. Sicu. cap. per venerabilem qui si. sint legi. faciunt no. per præpo. in cap. cum parati de appell. & Bald, in tit. de pace. constan. §. in civitate. in prin. & in cap. reprehensibilis. 24. quest. 8. & 17. distinct. cap. Episcopus.

95. licet prælati impendunt consilium , & auxilium dominis temporalibus pro conservatione Reipublicæ maxime instantे magna regni turbatione , no. Sicul. in cap. non est de voto ad hoc Inno. in cap. licet ex suscepto de foro compe. ubi dicit quod rebelles imperii Papa domare potest quod per Si- cul.

cul. extollitur in cap. quod super his 2. col. de voto & in cap. novit in 2. no. de judi. & in cap. excommunicamus in §. catholici de hæreti. & ibi Ana. in si. & idem Sicut. in cap. 1. ulti. col. de offi. ordi. & in alle. cap. licet 3. 4. & 7. col. & idem Feli. in 1. col. Ex quo arguit idem Sicut. quod prælatus potest esse de consilio regis prout Episco. & Prælati nostri per optimè student in præsenti regno practicare, facit quod legitur & no. in cap. in archiepiscopatu. de rapto. & fa. quod honor. in cap. duo sunt 96. di. & quod not. per Bal. & Fal. in Authen. Habita. C. ne si. pro patre.

96. Episc. potest excommunicare principem lai- 45  
cum suæ dicæces. gl. in cap. si autem 11. quest. 3. & in cap. omnes de majo. & obe. glo. in cap. duo. sunt 96. di. 18. di. quoniam quidam 63. di. cap. Valentianus & c. dilecto. de sen. excom. lib. 6. & potest ipsum principem judicare. cap. Imperator in si. 96. di. & II. quest. I. cap. sacerdotibus.

97. Episc. potest administrare bona principis laici, ab eo tamen non poterit carcerari pro ratione red-  
denda secundum glo. & Doctores. in cap. dilectus de appell. nisi de fuga foret suspectus per not. Inno. in cap. ut famæ. de sen. excommuni & Ioan. An. in cap. nullus de pigno. & in cap. cum non ab homine. de judi.

98. Episc. ratione juramenti potest cognoscere 46  
de pravitate vel simulatione contractus no. Bal. in l. ordinarii. C. de rei ven. Ioan. de Prato. in l. quod proprio. ff. de procura. fa. quæ dixi supra in istius partis §. 21.

99. Si judex sacerularis, est suspectus in aliqua cau-  
sa tunc de jure potest adiri Episcopus gloss. ita  
dicit II. question. 1. in summa. & facit in

448 DE POTESTATE SÆCUL

fa. in authen. ut differ. judi. §. 1. & penult. col. 9  
immo est eidem addendus, Episcopus. C. de judi  
authen. si vero. l. apertissimi. C. eq. sit. & Spe. sit,  
derecusa. §. 2. in princ.

100. Cognoscit Episcopus de conventicula lai-  
corum. cap. conventiculas & ibi Bald. de pace ju-  
ra. fir.

101. Facit solvi dotem etiam nudo pacto pro-  
missam Bald. in l. i. C. de promissio do. Hostien. &  
Ioan. An, post Inno. in cap. de prudentia de do. in-  
ter vi. & uxorem.

102. Episcopus exequitur sententiam latam per  
judicem laicum contra clericum reconventum ad lit-  
teras judicis laici secundum Io. de Inv. in cap. postula-  
sti. de foro. compe. & ibi Sicul. & Io. An. in cap. l.  
de mutu. pe.

47 103. Episcopus est judex reductionis à laudo lato  
per clericum & laicum. Bald. & Bar. in l. præcipimus  
in fi. C. de app. ut dictum est supra in hujus partis.  
§. 12. Maximè quando laudum est juratum. cap. cum  
C. laicus de foro. compe, & cap. venerabilem. de eleit,  
Antho. in cap. quinta vallis de jurejur, vel si laudum sit  
de matrimonio, vel re spirituali, vel si nutriat pec-  
catum. evidens. evidens. ut in cap. novit. de judi. cap.  
2. de arbit. vel si pro parte ecclesiæ petatur reductio,  
cap. cum sit generale. de foro compe.

104. Clericus succedens laico debet eoram suo  
judice conveniri secundum Bartolum in le. haeres ab-  
sens in princ. ff. de judicio. & Baldus in le. 2. C. ut in  
possessionem legat.

48 105. Clericus minor potest petere in integ. resti-  
cut. eoram judice Ecclesiastico contra laicum etiam in  
bonis

bonis patrimonialibus, casus est, in cap. constitutus de in integr. restitut. & ibi Anthon. & Philip. in rubrica de appell. in st. idem tenet Sicul. in allegata cap. in 1. no. & idem Feliz. in cap. cum sit generale. 2. col. de foro compe. Et idem est dicendum de ecclesia ut possit petere integ. resti. coram Ecclesiastico judice contra laicum, ita tenent Innocent. Sic. & Feliz. in allegata cap. constitutus & cap. cum sit generale.

## A D D E

Quod idem tradit Couvarruias cap. 40.  
numer. 2. variarum lectionum. Felinus &  
Panormitanus in cap. constitutua de restit. in  
integrum.

Berous tamen in contrarium disputat in cap.  
1. de restitut. in integr nume. 162 vide Roma-  
num sing. 113 Matthew Boyß Doctor.

106. Laicus & Clericus cōrei debendi debent  
coram Episcopo conveniri. tenet Bartol. in 1. jurispen 49  
tuis. §. cum oriundus, ff. de excusat. tutor.

107 Laici possunt in foro ecclesiastico ratione.  
cuiuscunque peccati conveniri. textu. in cap. nevis  
de judi. juncta gloss. super ver. corrigere, quod qua-  
liter intelligitur, vide per Petr. de Ancha. in prae-  
allegat. cap. ea quæ. quæstion. 8. de regul. juris. lib.  
6. & per Docto. in præallegat. cap. novit. ubi per  
eum disputatur an tutus exceptione rei judicatæ per  
judicem sacerdalem possit denunciari coram ecclesia-  
stico de iniquitate sententiæ, vide quæ scripsi su-  
pra eo. §. 4. ex premissis.

450 DE POTE STAT. SECUL.

108. Miserabilis persona potest laicum interdicto unde vi coram Ecclesiastico judice convenire, etiam si res subtracta feudalis esse dicatur, per text. in cap. ex parte. b. de foro compet, quod temporales officiarij patienter non tolerarent per ea quæ scripsi. supra in 2. regul. 24.

109. Iudex laicus negligens facere justiciam per ecclesiasticum judicem compelli potest no. gl. in cap. Iudei. in 2. de judæis. & cap. excommunicamus in 1. gl. de hære. & 24 qu. 2. cap. dominus in glo. 1. dixi supra eo. §. 6. & §. 5.

110. Iudex ecclesiasticus & sacerdotalis possunt in aliquibus casibus concurrere in causæ cognitione ut in authen si vero. C. de judi. Et quandoque ratione necessitatis indivisibilis instantiæ ut cum volo convenire clericum & laicum obligatos insolidum ratione contractus, vel administrationis, puta quia fuerint executores testamenti, vel in alijs causis in quibus apud eundem judicem est agendum. ff. de qui. re. apud eum. l. 2. & cap. cum Martinus. de consti. ita dicit Petr. de Ancha. in allegat. cap. ea quæ. de regulis iuris. li. 6. questione prima. Et ibi vide ad quem tunc erit appellandum, & concludit quod uterque superior etiam erit adeundus in causa appellationis. Et si non esset possibilis iste concursus erit adeundus judex Ecclesiasticus tanquam dignior per cap. quanto. de judi. & cap. quod in dubijs de conse. Ecclesiæ vel alta. & no. Barto. in l. 1. prin. ff. de appell. Bald. in l. præcipimus de appell. C.

111. Laicus conventus eoram Papa si dicitur ipsum non esse judicem suum competentem

Bart.

tem in epte excipit, sed debet dicere Papam non habere in ipsum exercitum jurisdictionis, ita *Milus tenet in verbo jurisdictionis proroga.* Et ita dicit practicari in Rota: & dixi supra in conclusio.

112. Papa habet jurisdictionem in omnes Laicos, quo ad decidenda dubia legistarum, in quibus sunt variæ opinione Doctorum no. *Antho. in cap. super col. 3. ver. no. 4. de rescriptis.*

113. Papa deponere potest Laicum à sua dignitate. *gl. in cap. nullus. 21 qu. 1. 17 qu 4. cap. si quis deinceps. & cap. Adrianus. 63 distinct.* idem est de quolibet judice Ecclesiastico: quia privare potest judicem secularem officio Laicali, & ipsum inhabilitare, si non vult obedire in his, in quibus est subditus iudici Ecclesiastico, ut no. *Domin. in cap. ut officium. & statuimus, de hære. lib. 6.*

114. Papa potest absolvere Laicos & fallos à subjectione principis temporalis. *cap. gravens de excessi. præla.*

115. Papa ex causa potest absolvere aliquem ab obligatione quæsita Laico qui ei non subest, quo ad temporalem jurisdictionem, si talis obligatio solum contrahitur ex fidei præstacione, ut *in cap. quanto. de jurejur.* secus autem, si aliunde esset quæsita: quia cum talis obligatio sit de jure gentium non poterit per Papam tolli. *Cle pastoralis de re judi. & not. Inno. in cap. que in Ecclesiarum, de consti. legistæ. in l. fi. C. si contra jus vel utili. pu.*

116. Cle-

116. Clericus potest convenire Laicum in foro Ecclesiastico super novi operis nuncia. de quo per Sicul. *in cap. significantibus de no. oper. nun.* licet Ioan. Andr. videatur sentire contrarium : sed idem Sicut dicit quod potest Laicus à Clerico casu praedicto conveniri coram Ecclesiastico , quia ille qui nunciat in jure suo molestatur , & sic est reus , & quodammodo committitur sacrilegium turbando rem Ecclesiæ meritò potest conveniri coram Ecclesiastico judice , ar. *in cap. cum sit generale de foro. competen.* & videtur sentire authen. *in alleg. cap. significantibus* , quod Sicul. dicit esse notandum.

117. Laicus contra Laicum in casibus conternentibus forum Ecclesiasticum simpliciter vel mixti coram Ecclesiast. judice agere potest conditione legis diffamari, C. *de inję. & manu.* de quo per Inno. Sicul. & Felin. *in cap. conquerente. de offi. ordin.* dicentes , quod potest implorare officium iudicis , ut compellat diffamantem cessare à diffamatione , & id judex facere tenebitur , propterea dixit text. *in alleg. l. diffamare* ; statum ingenuorum , sive errore , sive malignitate querundam , per iniquum est.

118. Pro quolibet damno illato , potest etiam per Laicos recurri ad judicem Ecclesiasticum , ut generaliter excommunicet eum , qui damnum intulit , licet probari non possit determinatè quis damnum intulerit. Et hoc intelligo præcedente generali monitione per modum edicti publici. Et ligabuntur omnes scientes & contumaces , pro quo *cap. 2. de offi. ordi.*

ordi. & ibi Sicul. cap. tam litteris. de testi. & cap. constitutus de jur. jur. cap. ad nostram. s. qu. 1. cap. quidam maligni. de senten. excommunic. cap. a nobis. 1. & cap. Romana. §. caveant. libr. 6. & cap. proposuit. de Cle. excom. ministr. cum ibi nota. ad quod fa. cap. 2. ne Cle. vel Mona. cum ibi not. per lo. An. in Novel. Ad hoc l. jubemus. 1. C. de defen. civi. quæ reputatur in hac materia notabilis. ta. auth. si o- mnes. C. ut ab hære. se ab & ff. de ori. jur. l. 2. §. ex- actis. & ff. de just. l. sed si pupillus §. præscribere & C. de fur. l. in civilem. & de major. & obe. cap. hu- milis. no. per Inno. in cap. præterea de app. de offic. deleg. cap. p. & g.

Ex quibus Rota deci. 449 post Bald. & Pe. de Perusio fratres concludit ien tentiam genera- lem Episcopi, ex causa sive pro facto generali posse proferri, & contra incertam personam, & per modum edicti publici, & ligari omnes scien- tes & contumaces. Et sic tam Laici quam Cle- rici ligabuntur, & vulgo tale monitorium gene- rale vocari solet monitorium in forma malefac- torum. Et permittitur ita fieri per judices tempo- rales præsertim usque ad revelationem inclusivè,

## NOTA.

Insignem hanc decisionem, quam auctor alle- gat, quod generalis sententia excommunicatio- nis, præcedente generali monitorio per modum publici edicti de re aliqua restituenda, vel deci- mis solvendis, vel de damno clanculum dato re- sarsiendo, vel de fure judicando, de re furtiva resti-

## DE POTESTATE SECUL.

454

restituenda, liget etiam incertam personam  
scientem & delinquentem contumacem, ele-  
gans est decisio Rotæ 444 quam auctor allega-  
re debebat. In novis est 19 decisio in tit. de  
dolo & contumacia. hinc regula datur, quod  
Episcopus vel Vicarius possit monitorias gene-  
rales contra detinentes res alienas ad instan-  
tiam eujusque domini decernere sub poena ex-  
communicationis. Dd. in l. Civile C. de fur-  
tis, de his monitorijs generalibus Episcoporum  
vel Vicariorum pluribus agit, Silva nuptia-  
lis libr. 3. numer. 28 ubi limitat 7. modis.  
Et inter cætera, quod quilibet sciens & com-  
parens possit declinare forum, & ad suum ju-  
dicem configere, qui velit dicere, quod iu-  
sto iitulo rem possideat, alioquin judex Ec-  
clesiasticus per talem generalem citationem ad  
se omnes causas traheret. Vide ibi, quia  
auctorem nostrum citat. d. numer. 28. Idem  
Lanfrancus meminit in Clem. dissensionis  
numer. 5. ubi praxim & formam citandi do-  
cet. Mattheus Boyß Doctor.

119. Quando lis magno tempore duravit inter  
aliquos, & est adeò intricata, quod de facili extri-  
cari non pot est, nam tunc judex potest compellere par-  
tes ad concordiam, licet causa sit civilis per tex. in ca-  
placuit. 90 distinct. de quo facit festum Antho. & Imol.  
in cap. 1. de mutu. pe. & Sicul. in cap. 1. de ireu. & pa.  
& in cap. cum inter. R. 3. colum. de elect. & in cap. fin  
3. no. de majo. & obe. & in cap. cum pridem de pao  
3.

& in cap. novit. 3. col. de judi. Paul. & Alex. in l. quidam existimaverunt. ff. si certum pe. Ludo. Ro. in l. 2. ff. sol. ma. & Alexan. in l. 1. §. & post. operis ff. de novi. ope. nun. 3. colum. & Ludo. & Alex. in l. si quis mihi bona. & juxta ff. de dam. infe. Quæ Feli. in rubri. de treu. & pace. dicit esse pondēranda, quia iste est casus, in quo Episcopus potest coercere Laicos: nam dicitur in alle. cap. placuit. qui cunque odio, aut longinqua inter se lite dissenserint, & ad pacem diuturna oblatione nequierint, à sacerdotibus civitatis primitus arguantur, qui si inimicitias deponere perniciosa intentione noluerint, de Ecclesiæ cœtu justissima excommunicatione pellantur. Certum est autem, quod delictum excommunicatione dignum est fori Ecclesiastici. Sicut, in cap. cum sit generale. 4. colum. de foro competen. & inferius §. domino concedente dicitur,

Et ideo videtur, quod Episcopus mortaliter peccet, non intromittens se per censuram ad pacificandos cives cum scandalo dissentientes, quia licet alius non obvians delicto non peccet, ut delinquens, fallit tamen in prælato. Sicut. in cap. quanta. de senten. excom. & negligentia in prælato, est peccatum mortale, etiam in concernentibus pacem, in cap. 1. de treu. & pa. & ibi Sicut in 2. no. Et quod negligentia in revocando discordes ad concordiam sit peccatum mortale, in prælato est gloss. sing. in §. criminis alias incipit Ea demum. in ver. neglexerit. 25. dist. licet in alio sit veniale, ut ibi. Et dicit Sicut. in cap. 1. de offi. ordi. quod Episcopus debet excommunicare & interdicere cives expellentes alios injustè ex civitate, & dicit Bald. in l. 2. §. quies. ff. de offic. præfet. ur. quod officialis videns rixantes, & non se interpo-

H h

nens

## 456 DE POTESTATE SÆCUL

nens cum possit , potest ob hoc ab officio remo-  
veri : ita Feli. ubi supra

§4 120. si Laicus fuerit absolutus vel punitus in fo-  
ro temporali de crimine , quod est etiam puni-  
bile in Laicum , secundum jus canonicum pote-  
rit absolutione tali vel punitione nonobstante ;  
per judicem Ecclesiasticum puniri vel absolviri secun-  
dum Bal. in l. placet. de sacrosan. Eccle. dicen-  
tem , quod poena spiritualis non tollit temporalem  
nec converso idem Bal. in l. si quis in hoc genuso  
C. de Epis. & Cle. Pe. de Anch. in regula juris Eo  
que 27. col. ver. 9. queritur , dicens bal. ita con-  
suluisse : quamvis Bal. non decidat in l. i. C. de  
sum. Trim. Ad cap. si. de exce. lib. 6. Feli. in cap.  
de his de accu. ver. 12. respondet , dicens quod loqui-  
tur in sententia lata in causa civili , non autem  
in criminali , de quo dictum est ulterius ad ea quæ  
latissimè ponit Sicut. in cap. tunc. ult. col. de pro-  
cur. ubi pro ista conclusione alle. tex. in cap. fe-  
licis §. per hoc de poenis lib. 6. idem no. Sicut. in  
cap. de cau. pen. col. de offi. dele. idem Sicut. &  
Imo. in cap. 1. de offi. ordi. per Pe. de Anch. Zan-  
ba. & Ana. in cap. 2. de adul. per ana. cap. qua-  
liter & quando §. ad corrigendos 8. col. de accus.  
Bart. in l. nemo martyres. C. de sacros. Eccle.  
Addit. tu. Fran. Are. in alleg. cap. de his gl. Do-  
mi. in alie. §. per hoc & idem Sicut. in cap. cum  
sit generale. in 2. no. quæ orationia faciunt ad id ,  
quod scripsi supra in 4. reg. fallen. 2. vel quod  
abolitio seu remissio , quam Rex concedit clericis ,  
non potest eisdem proficere ad hoc , ut non puni-  
antur per eorum Episcopum , pro criminis remissio  
seu abolito per regem , super quo puncto , vide  
remissiones quas ponit Felinus in cap. cum sit gene-

rales.

## IN ECCLESIASTICOS.

457

tales 5. col. ubi finaliter dicit, quod solitus est tenere distinctionem, quam ponit Sicc. in cap. iux. de proou.

121. Clericus vel Ecclesia potest agere contra Laicum conditione cap. reintegranda. coram judice Ecclesiastico: nam ille canon inducit speciale privilegium Ecclesiae, ut no. Cald. in cap. cum ad se- dem. de resti. spol. ita concludit Sicc. in cap. cum sit generale 6. col. de foro compe. allegans prædictum Cald. & gloss. no. in cap. cum dilectus quod me- tatu. quæ est pè. quam dicit ibidem esse menti tenendam, & nescire alibi. Mihi videtur quod alia ratio posset etiam assignari, quia omnis condicione ex lege est actio personalis, ut inst. de acto. s. sic itaque ver. appellamus, modo clerici super actionibus personalibus contra Laicos agere solet coram Ecclesiastico judice, ergo &c. Et ista ratione videretur idem dicendum si ageretur condicione, ex cap. sape. de resti. spol. aut aliis conditionibus, quæ pro recuperanda possessione proponi de jure possunt, dubito tamen quod judices temporales hujusmodi regni nequaquam id tolerarent per ea quæ scripsi supra in 2. regulæ fallen. 24.

122. Clericus vel Ecclesia potest agere contra Laicum interdicto uti possidetis, si dicat se turbari per Laicum, & hoc coram judice Ecclesiastico, ita firmat Sicc. in alleg. cap. cum sit gene- rale. 6. col. dicens Lap. ita tenuisse alle. li. quia ex hujusmodi turbatione inducitur injuria, violen- tia, & molestia, pro quibus qualitatibus potest agi coram Ecclesiastico judice, & istud dicit sim- pliciter esse tenendum: quanquam Auth. istud a- liter voluerit limitare in cap. si Cle. eo. tit. & pro-

hu-

H h 2

458 DE POTESTAT. SECUL.

hujusmodi dicto secundum eundem Sicul. est bonus text. in cap. licet de probat. & cap. conquestus de foro competit. & ibi Sicul. in 3. no. idem Fely. in alleg. cap. cum sit. 2. ool. veruntamen sicut dixi in §. præcedenti , vix hoc admitterent judices seculares hujusmodi regni propter scripta ubi supra, de spoliatore Laico , an possit coram Ecclesiastico judice conveniri ad instantiam Clerici dicum est supra in hujus tit. §. 39.

123. ubicunque allegatur fraus adhibita in factis Ecclesiæ , procedit præalie. cap. cum sit generale: ut vel Ecclesia sibi vendicet jurisdictionem in Laicum , ita Inno. Sicul. Fely. & doct. in eo. cap. alleg. Lapum alleg. 59. dicentem , quod de fraude Clerici vel Prælati ementis de bonis Ecclesiæ prædiuum , & facientis instrumentum confici & retineri sub nomine consanguinei , & amici sui , aut alterius tertii cognoscet Ecclesia , quia isti fraudantes Ecclesiam , dicuntur malefactores Ecclesiæ, pro quo Sicul. alleg. tex. & ibi doct. in cap. inquirendum de peculio. Cleric. Item tales fraudantes Ecclesiam , anathematizantur 12. qu. 2. cap. quicunque. & cap. Apostolicos. ergo spectat jurisdictione ad Ecclesiam , quia excommunicatio infligitur propter causam Ecclesiæ subjectam 30. dist. si qua. cap. quicunque , & quod no. Ioan. An. in regula. Ea quæ fiunt à judge , de reg. jur. lib. 6. in Mercuriali , & ita refert Sicul. tenere Lapum , ubi supra.

124. ubicunque reperitur / 'judicem Ecclesiasticum posse per Laicum excommunicare , ex hoc concluditur jurisdictione sua : ita Lapus al- leg.

le 59. tenent Sicul. & Feli. in allegat. cap. cum sit generale, quod idem Sicul. corroborat, sit excommunicatio. cap. pœna & sacro de san. excomm. qua nulla pœna major reperitur in Ecclesia Dei 24 qu. 3. corripiantur, & pœna non est alicui infligenda, nisi per judicem 23 qu. 2. §. 1. Item fieri non debet sine causæ cognitione 11 qu. 1. cap. nemo. de sen. excom. cap. 1. lib. 6. & per solum judicem in cap. 1. præalleg. ubi ter repetitur verbum judex. fa. cap. novit. de judi. Ex quibus verificatur conclusio supradicta.

125. Episcopus contra quemcunque etiam Laicum potest de omni crimine inquirere respectu pænitentiæ imponendæ, ita Io. An. in cap. ad nostram. 2. super glo. 2. de jurejur. ita intelligens. cap. 2. de offic. ordi. Est bo. gl. in cap. 1. 6. q. 1. ita secundum Felin. in alleg. cap. cum sit. 4. col. potest intelligi, quod not. Domi. in cap. 2. in si 1. col. de consti. in 6. dicens, quod ad evitatem peccati potest Episcopus statuere etiam contra Laicos de omni crimine. Adde hic quæ scripsi supra in hujus tit. §. 3. & 38.

126. Vacante principatu non recognoscente superiorem Papa succedit, ita Felin. in cap. licet ex suscep. 1. col. de foro compe. qui allegat Zochum idem tenere in cap. & si necesse. de dona. inter vi. & uxor. & quamquam Sicul. in allegat, licet teneat quod Imperator succedat casu prædicto nihilominus idem Feli. dicit oppositum esse verius, quod Imò Papa huic statui succedat, quod sic confirmat, horum potestas similis est imperiali. Barth. in l. hostes. de capti. Sicul. in cap. cum te. dere judi. Bar. in l. infamem. de pu. judi. & in l. acta. §. amplianda ff. de

## 460 DE POTESTAT. SECUL.

de re iudi. & in l. 1. ff. de postula. omnes. in cap. per venerabilem, per illum tex. qui si. sint legi. sed in imperiali succedit Papa: ut in allega. cap. licet ergo & in ista facit dictum Hosti. in cap. cum Ioannes. de si. instrum. quod à tali statu appellatur ad Papam: ergo in hujus ti. §. 4. idem tenet Anto. ut refert Feli. ubi supra. qui circa si. dicit Cardi. ibidem narrare commune dictum omnium quod vacante imperio Papa succedat in jurisdictione imperiali: est enim hoc turbare jurisdictionem imperiale contra cap. novit. cum simili. ideo expectandus est successor, fallit in causa præalleg. cap. licet. ubi oppressi in justitia deficiente ultimo capite seculari appellant ad Papam, quia cum appellatio debeat fieri ad superiorem, non est tunc aliis superior.

Moderni tamen fatentur non esse jure expressum illud commune dictum, quod tamen tenent allegando Bar. in l. 1. §. denique ff. de aqua, plu. ar. cui Felin. addit, quod legatus non succedit imperio vacanti, glo. in Cle. pastoralis. in ver. succedimus. de re iudi singularis secundum Roma not. 407 incipienti vacanti. imperio. sed quicquid sit est decisum à Io. 22. in extravag. incipien. si fratum. & coepiscoporum more. ubi inter alia graviter puniuntur omnes, qui prætenderent se vicarios imperij vacantis, cui Papa succedit, protut de jure liquidum est, & jampridem inconcusse servatum.

127. Emphiteota potest per Ecclesiasticum judicem compelli ad reficiendum rem emphiteotecariam per tex. in auth. de non alie. aut perm. re. Eccle. §. scire autem. col. 2. & 3. Et compel-

3

pelletur conditione illius auth. seu legis aut constitutionis. & sic actione personali ad idem tex. in auth. de alie. § emphi. §. si verò quis locator col. 9. ubi Bar. § in aut. qui rem. C. defacros. Eccl. pro quo fa. l. si grege. in fi. ff. de le. i., ita deciditur per q. Capellæ. num. 354.

128 Locorum ordinarii Ecclesiastici per censuram Ecclesiasticam compellere possunt justiciarios omnes, & dominos temporales ut permittant damnatis ad mortem si petant ministri pœnitentiæ sacramentum, consuetudine contraria, quæ potius abusus esse censetur non obstante, ut in Cle. i. de pœni. de remis. Et sic, si petierint Eucharistiæ sacramentum non debet negari, glo. in præallegat. Cle. in ver pœnitentiæ movetur. per cap, quod in te. eo. ti, ubi cui conceditur pœnitentiæ sacramentum, concedi censetur viaticum: idem tenent Zaba. & Io. de Imo. in præalleg, Cle. de quo in ca, sane, de cele, missa,

Ad quod facit, quia per judicem Ecclesiasticum loci ordinarium compelluntur judices seculares observare jus canonicum, quod ad provisionem animarum statutum est, ut in cap, fi. de foro compe, libr. 6, cap, fi, de excepc. § cap, licet, de jurejur, § cap, decernimus, de senten. excommunicati. eo. libr. no. Imo Zaba. in præallega. cle. i. § dixi supra, in bujus ti. §. 44

Sed quod supra dictum de viatico non servatur in præsenti regno, nam fuit denegatum domino Ludovico de Lucenburgo Conestabulatio, qui Anno Domini 1475. fuit per curiam parlamenti, eo quod crimen læsæ majestatis in

462 DE POTESTATE SECUL.

Regem frequenter commisisse, cum hostibus conspirasse, & fidem, qua reipublicæ obnoxius erat, violasse confessus fuerat, missa tamen coram eo prius celebrata fuit, & panis benedictus oblatus, quem religiosè manducavit, inde ad gravia perductus atque in tabulatum conscendens postquam ad divæ Mariæ templum conversus longiusculam orationem plorans habuisset, à carnifice uno gladij i&tu capite punitus est, cadaver autem per cordigeros in ipsorum Ecclesia humatum est decembri mense die 19 anno prædicto.

A D D E

CRIMINO SUS SUSPENDENDUS  
ad Sacramentum admitti debet.

Criminoso, qui suspendi debet sacramentum negari non potest tex. in cap. Quæsum 13 q. 2. ubi dicitur, quod etiamsi sit aliquis patibula suspendens, non tamen ei denegari debet sacra communio. Concordat gloss. in cap. si quis de corpore 26 q. 6. text. in ca. 2. de furtis. in cap. super eo, de hæret. in 6. text. in ca. 1. de pœnitent. in Clementinis. Tenet idem Cassan. in consuetud. Burgund. §. de confiscat bonorum, tit. de justitia. nu 5. Et Damhauder in prac. Criminal. ca. 150 num 4. facit capit Pœnitentes. distinct. 50 ubi dicitur, quod viaticum Eucharistia omnibus in morte positis non sit negandum, etiamsi atrocissima scelera commiserint. Couvaru. in Resolutio. varijs cap. I. num. II Probat idem Franciscus Mar-

Märci decis. 10 li. 2. quod damnatis ad mortem non debeat denegari sacra Eucharistia per jura supra allegata Et hæc vera sunt si damnatus peccat quia peccatis nullo modo deneganda est, probat Maranta eleganter In L. Is potest, num. 118 post Prædicam suam. Abbas in Capit. Ex parte, de sepultura.

Couvaruvias tamen dicit in d. capit. Quod usus & consuetudine receptum sit ne his qui proxime sunt mortis poena afficiendi, & puniendi Sacramentum Eucharistia detur. At ego existimo impium esse quod tali verè pœnitenti denegetur viaticum æternæ salutis. Et contra Couvaruviam dico quod non valeat talis consuetudo, quod damnatis ad mortem non detur pœnitentia & Eucharistia, ut probat Petrus Ravennas in Rubric. de Panitent. & remissionibus in Clementinis In Alphabeto suo Iuris Canonici.

Et hoc quoque ex eo juvatur, quod delinquens morti adjudicatus post communionem sacram ad unum diem, duos aut tres adhuc ad supplicium trahi non debeat, sed tam diu expectandum est, ut probat Hostiens. in summa, in tit. de immunitate Ecclesiærum. §. in quantum, num. II. Idem tradit Apostillator ad Panormitan. in capi. Sane de celebratione Missarum. Franciscus Marci, decis. 10 num. 4.

Iulius Clarus in qu. penultim. nu. 3. afferit idem de jure, non esse negandum condemnatis sacramentum, & quamvis in quibusdam locis ex con-

suetudine non detur, ut in Gallia atque Hispania, tamen admittit præmissam sententiam, quod uno atque altero die mox decapitari non debeat.

Idem argumentum tradidit Rever. D. Binfeldius Suffraganeus Trevirensis tract de confes. maleficiorum in dubio. §. mox in fine, ubi maxime improbat iniquissimi Sacerdotis dictum, qui condemnato corpus Christi petenti respondit: Non est equum dare sanctum canibus. Mattheus Boys Doctor.

129. Iudex Ecclesiasticus punire potest Laicum, qui peccatum in confessione sibi facta per aliquem in articulo necessitatis revelare præsumperit: ita Sicul. in cap. omnis de pe. & re. ultim. col. Clavas. in ver. confessio ultim. §. 2.

§9 130. Potest Ecclesia punire piratas, cursarios, & latrunculos maris, & omnes receptatores eorumdem, & dantes eisdem auxilium, consilium, vel favorem, & omnes tales in die cænæ per processum curiæ annalem excommunicantur. Et dicitur pirata quicunque in mari deprædatur, nisi habeat justum bellum contra eos quos deprædatur, ita Clavas. in ver. excommunicatio. §. casus. 18 est contra piratas.

60 131. Contra omnes qui in terris suis nova pedagia imponunt, vel prohibita exigunt, tales enim patiter, sicut præcedentes excommunicantur. Sed a sponte solventibus pedagia recipientes excommunicationem non incurruunt secundum gl. & Pau. in Cle. quem admodum. de immu. Eccl. quia exigere est ab initio ex-

# IN ECCLESIASTICOS. 465!

torquere. Clavas. ubi supra §. casus 19.

132. Contra impedientes seu invadentes victualia, vel alia ad usum Romanæ Curiæ, necessaria adducentes, seu ne ad ipsam adducantur, vel deferantur impedientes, aut perturbantes, & contra defensores talia facientium. ita Clavas. ubi supra. §. casus 22.

133. Contra illos, qui jurisdictionem ordinariam vel delegatam non habentes morantes in curia Romana temeritate propria capiunt, spoliant, & detinent, aut ex proposito deliberato verberare, mutilare, vel interficere præsumunt, & qui talia fieri faciunt seu mandant. Clavas. ubi supra. §. casus. 23.

134. Contra omnes, qui se ab obedientia Romani Pontificis pertinaciter substrahere, vel quomodo libet recedere præsumunt, & contra dantes auxilium, vel favorem prædictis Clavas. ubi supra §. casus. 27.

135. Contra omnes, qui jurisdictionem ad Ecclesiasticas personas pertinentem usurpant per se, vel per alium, seu alios directè vel indirectè, aut in eiusdem consilium, auxilium, vel favorem præstare non verentur. Clavas. ubi supra. §. 28

136. Contra omnes mutilantes, vulnerantes, interficientes, seu capientes, & detinentes, seu deprædantes Romipetas & peregrinos ad urbem causa peregrinationis, & devotionis accedentes, & in ea morantes vel recedentes, ab ipsa & contra omnes in his dantes consilium, auxilium, vel favorem. Clavas. ubi supra §. casus 29.

137 Con-

## 466 DE POTESTAT. SÆCUL.

137. contra omnes illos , qui per se , vel alium directè vel indirectè sub quocunque titulo , vel colore occupant , detinent , vel hostiliter discurrent , seu invadunt in totum , seu in partem aliam urbem , aut alias civitates , vel terras , & loca & jura ad Romanam Ecclesiam spectantia cum adhærentibus , fautoribus , & defensoribus eorum , seu dantibus auxilium , consilium , vel favorem in eisdem. Nam tales & similiter in septem præcedentibus ver. nominati per processum curiæ annalem in die cœnæ domini denunciantur excommunicati , & hujusmodi casum ponit *Clavis. ubi super. §. casus 30.*

138. contra omnes exenterantes , vel in frustra dividentes , aut in aquis coquentes , ut carnem ab ossibus evellant , corpora defunctorum , ut alibi tumulanda deferant , nam tales per extravag. *Bonifacius 8. quæ incipit detestanda in titu. de sepul.* sunt excommunicati ipso facto , & non possunt absolviri , nisi per Apostolicam sedem , præterquam in mortis articulo .

Quod tamen procedit tribus concurrentibus , primum , quod ille mortuus sit in terra , ubi viget cultus Christianus , quia si esset mortuus in terra infidelium , non caderet in poena prædicta faciendo , secundum quod prædicta faciant cadaveri mortua , tertium quod faciant animo , ut alibi tumulanda deferant , quia si facherent ex odio vel propter hirurgiam non incidenterent in poenam prædictam secundum *Clavis. ubi supr. §. casus 12.*

139. Contra omnes qui libellos famulos aut  
cau-

## IN ECCLESIASTICOS

467

cantilenas vel ritmos faciunt, detinent, vel publicant in infamiam status ordinum Minorum & Prædicatorum tales enim excommunicati sunt per extrava. *Alexan. 4. quæ incipit ex alto, sub tit. de privil.* Nec non docentes, vel defensantes, quod præfatorum ordinum fratres non sunt in statu perfectionis, & quod non licet eis de eleemosynis vivere, aut quod non possint prædicare sive confessiones audire de licentia Romani Pontificis prælatorum ordinariorum sine consensu curatorum. Atque pariter facientes violentiam damnabilem in locis prædictis ordinum, nam tales omnes sunt sicut præfertur excommunicati & non possunt absolviri nisi à Sede Apostolica aut conservatoribus prædictorum ordinum præterquam in mortis articulo ita *Clavas.* ubi supra §. casus 36. cum duobus sequen.

140. Contra omnes intrantes monasteria Sanctæ Claræ & Ordinis Prædicatorum, nam tales sunt excommunicati si intrant præterque in casibus per eorum regulam & statuta concessis, ita dicit *Clavas.* ubi supra §. casus 39.

141. Contra omnes Magistros & scholares Bononiæ conductentes hospitia domorum aliorum Magistrorum in lesionem vel impedimentum inhabitantium, nisi prius tempus conductionis sit elapsum, vel nisi de consensu ipsorum magistrorum vel scolarium inquilinorum, tales enim excommunicantur in cap. de loca. Et quanquam communiter teneatur, quod ista constitutio sit localis, Hosti. tamen tenet, quod est generalis ad omnia studia, quæ sunt sub dominio Papæ: pro quo gloss. in leg. ne cui. C. loca. quod

468 DE POTESTAT. SÆCUL.

loca. quod Clavas. dicit esse tutius per præl. gum in ver. Doctoribus & scholaribus Bononiae commoran. quia comprehenduntur etiam alibi existentes , ita Clavas. in ver. excommunicatio. 7. §. casus 4.

142. Contra omnes qui vocati ad dirigendas Moniales , electionibus non abstinentes ab his per quæ inter eas super faciendis electionibus ipsis oriri posset discordia vel exorta nutriti , nam tales ipso facto sunt excommunicati , ut in cap. indemnitatibus §. postremo de ele. lib. 6. ubi Gemi. quod prædicta pœna non habet locum in his qui non sunt vocati ad dirigendam electionem , licet nutriant discordiam. Et ista pœna non solum habet locum in electionibus Monialium , sed etiam in his quæ non renunciant proprio ; sed vivunt sicut canonici sæculares in sæcularibus Ecclesiis , ita Clavas. ubi supra §. casus 16.

143. Contra eos qui procurant ut conservatores sibi dati se intromittant de aliis , quam de manifestis injuriis , quia tales ipso jure sunt excommunicati , ut in cap. hac constitutione. §: ut au- tem , de offi. deleg. lib. 6.

144. Contra illos qui fingunt causam vel fa- ciunt fraudem ut judex personaliter vadat ad mulierem pro testimonio ipsius capiendo , nam tales factores vel fraudatores ipso jure sunt excommunicati , ut in cap. mulieres de iudi lib. 6.

145. Contra eos novum ordinem aut religio- nem invenientes vel habitum novæ religionis assumentes ut cum aliis similiter vivant , quia tales sunt excommunicati in cap. unico derel. domi. lib. 6.

146.

## IN ECCLESIASTICOS.

469

146. Contra omnes recipientes res ecclesiasticas alienatas in casibus à jure non concessis, nam tales per extrava. Paul. 2. positam super *ti. de re. ec. non alie. sunt excommunicati.*

147. Vbi auctoritas praestanda est in actibus spiritualibus gerendis cum minore judex Ecclesiasticus habet illam interponere, & non judex saecularis gl. &c. Domi. in cap. si annum de judi. lib. 6. super verbo ejusdem.

148. Quando pater vult emancipare filium clericum, & dare sibi partem hoc fieri potest coram ecclesiastico judice vel saeculari, ita Domi. ubi supra in §. si vero. 2. col.

149. Ad iudicem ecclesiasticum pertinet cogere judicem secularem ut liberet quemcunque captivum, quem in carcere injuste detinet no. & plenius Host. & lo. An. in cap. exposita de arb. & Lu. de Penna in l, nem carcerem. 3, col. C. de exacto. tribu. lib. 10.

## ADDITIONE.

Casus, quibus Ecclesiasticus cognoscit contra laicum, sunt sacrilegium, Rapina bonorum Ecclesiastiorum, Simonia, Perjurium, Adulterium, Sodomia, Crimen falsi in literis Apostolicis, Assassinij, fractae pacis, sacrilegij, & alijs quos refert Capra in reg. sive conclusionibus communibus reg. 4.

Hostiensis titu. de foro competenti in summa sua numer. 11 §. Ex præmissis, refert hos sequentes. 29 casus cum hac Regula.

Laicus

470 DE POTESTATE SÆCUL.

Laicus de stricto jure non tenetur respondere,  
nisi coram laico suo judice.

1 Fallit in his quæ pertinent ad forum Ecclesiasticum ut in causa servorum & Rusticorum Ecclesiæ.

2 In causis pœnitentium.

3 Item libertorum, Pupillorum, Viduarum, &  
de helium personarum.

4 In peregrinis, Mercatoribus, Agricultoribus  
& navigantibus.

5 Item cum agitur de Feudis.

6 Item in curia Romana Clericus contra laicum  
imperat indistinctè.

7 Item invasores locorum, Ecclesiarum, vel  
Raptiores, seu Malefactores possunt convenire  
Clerici sub quo maluerint Iudice.

8 Quando Iudex secularis justitiam reddere negligit, vel suspectus est, vel subditum laedit,  
cognoscit Episcopus.

9 In crimiue sacrilegij vel quasi.

10. Usurarum.

11 Hæresis. 12 Simoniae.

13 Excommunicationis. 14 Perjurij.

15 Adulterij. 16 Fornicationis.

17 Matrimonij. 18 Nativitatis.

19 Iuris Patronatus 20 Decimarum.

21 Rapinae.

22 Quando favor personæ & cause simul concurrunt, Ecclesia cognoscit.

23 Si quid ambiguum inter Iudices oriatur, ad  
Eccle-

## IN ECCLESIASTICOS.

471

Ecclesiasticum judicem recurrentum est.

24 Quando agitur de fide.

25 Si in modum denunciationis agitur.

26 Ratione peccati & pacis intromittit se Ecclesia de qualibet caussa.

27 Ratione connexitatis, ut in dote.

28 In pena apposita in Matrimonio.

29 Quando ordinarius recusatur.

De his vide latius Hostiensem, in summa titu-

de foro competenti. §. Ex præmissis, ubi præ-  
missos casus comprehendit his versibus.

Hereticus, simon, fœnus, perjurus, adulter-

Pax, privilegium, violentus, sacrilegusque.

Si vacat Imperium, si negliget, ambigit, aut sit,

Suspectus Judex, si subdita terra, vel usus.

Rusticus, & servus, peregrinus, feuda, viator.

Si quis pœnitentia miser omnis, caussaque mixta.

Si denunciar Ecclesiae, qui judicat ipsa.

Et Maranta in suo speculo distinct. II tradi-  
dit ex præmissis casibus 25. Casus quibus Ecclesia-  
sticus super personis & rebus laicorum cognoscere  
potest. Has additiunculas & remissiones benevo-  
le Lector, boni consulas, & si quid erratum sit  
candidè corrigas, tempus, enim revidendæ  
vel relegendi datum non fuit. Matthæus Boyß  
Doctor.

A i

TRA-